indicare lectori, cap. 4
Fabio Dorsone agit, et
Flaminio.

Neque vero crediderim
illam quam in eo laudan
in anilem superstitionem
maxime ansam præbuere
gulos fere annos colligit
vana, partim ab imperi
monstris, quum tamen ni
ipsa rerum et naturæ legib
de Livio, qui hæc omnia al
in religionem versa esse exi
fendit : ut quum lib. XXI,
nem sic orditur : « Romæ, a
« prodigia facta, aut (quod e
« ligionem animis) multa nu
Rursus lib. XXVII, cap. ...

ıt pullarium
e doctrinam
st? Qui se-
quid pie in
contra, si
t, quam is
ile animad-
pere dele-
ufficiat hic
Albinio, et
de consule

o objecere,
verentiam,
riminationi
ima in sin-
et omnino
habita pro
non ex vi
te judicant
norata, aut
is locis de-
ı enarratio-
a ea hieme
mel in re-
lita sunt ».
imis etiam
vis aurum
incredibili
superstic-
his rebus
lib. XLIII,
negligentia

« qua nihil deos portendere vulgo nunc cre
« nuntiari admodum ulla prodigia in publicu
« annales referri. Cæterum et mihi vetustas
« nescio quo pacto antiquus fit animus: et qu
« est, quæ illi prudentissimi viri publice sus
« suerint, ea pro indignis habere quæ in me
« feram ». Ex his profecto patet plura eum
tius (1) de se testatur, transcribere, quam cr
antiquitatis veneratione adductum ea in anna
lisse, quæ etsi futilia esse intelligeret, illis ta
tissimis viris gravissima visa esse, et, tamq
diis, publice suscepta meminerat.

Quin etiam illud affirmare non dubitabimu
ad historiæ fidem, ut prodigia illa, quemadn
blicis monumentis tradita reperiebat, ita ac
transmitteret. Quis negaverit historiæ cujuslib
pœnitendam esse partem eam quæ ad ejus s
religiosos et cultum numinis spectet? Quem
juvat nosse, quantopere mentes priscorum il
norum obcæcaret stolida, et multum, irride
an deflenda, circa divina superstitio et credul
gnitio tantum abest ut veræ religioni officiat,
quoque nomine gratias Deo immortales et ha
debeamus, quod nos veteribus illis neque
neque ingeniosiores, a tam supinis tamque e
roribus, per divinam Evangelii lucem, liberav
tinuo igitur, si Livius perabsurda prodigia m
davit, id ei in crimine ponendum, aut nota
injungenda est: ac proinde nihil jam obstat q
multum amemus de sua in eos quos solos co
deos pietate. Multum ergo ab eo absumus
Magno, acris ingenii, et eruditi in religionem
studii pontifici, tam lævam fuisse mentem

(1) Curt. lib. IX, cap. 4.

quod legitur in Antonini Summa (1), ob illam pr
commemorationem infensus Livio, quoscumqu
potuisset ejus libros igni traderet. Id nec libet
licet, ubi rei tam absurdæ tanto posterior ætate t
citari potest.

Sed et cæterarum virtutum, justitiæ, abstinen
tatis, munificentiæ, castimoniæ, amoris in patriam
ubique apud eum elucet admiratio, quæ in earum
tionem ipsum quoque lectorem rapit. In re manif
non operæ est diutius immorari. Sed tamen qui
dore quodam caritatis in patriam succendi se sen
audit Lentulum consules ad Caudium hortante
communem salutem non morte tantum, sed et i
sua bene emptam putent; sive hanc velut ex orac
sam vocem excipit: *Respublica incolumis et privatas*
salvas præstat. Publica prodendo tua nequidquam
Quem non ad temperantiam contemptumque vol
incitet et inflammet Scipio ille, qui dum Masiniss
pestivum et præcipitem in Sophonisbam amorem
non dubitat, et juvenis, et victor, omnibus trium
teferre frenatarum libidinum decus (4)?

Quod si a vitiis quoque dehortantur aliena op
Tarquinii superbiam et crudelitatem, Appii dece
bidinem et impotentiam, Manlii Capitolini spes a
et seditiosa consilia, Flaminii Varronisque temeri
coloribus depingit Livius, ut tantam fœditatem n
laudis cupidus exhorrescat. Sic ergo ex ejus o
colligitur fructus, quem ipse ex historia uberrimu
simumque capi posse existimaverit. Sic *omnis exem*
menta in illustri posita monumento intueri datur.

(1) Fabric. Bibl. Lat. lib. I, cap. 11.

(2) Liv. IX, cap. 4.

(3) Liv. XXVI, cap. 36.

(4) Liv. XXX, cap. 14.

tuæque reipublicæ quod imitere capias: inde fœdum inc *fœdum exitu, quod vites* (1).

Fremant philosophi licet: audacter profitebimur a nostri sententiam. Omnes illorum disputationes una ı videtur Livii historia, si quis et honesti amore sibi p imbui velit, et salubri quodam antidoto adversus viti contagia muniri, sive auctoritatis pondere, sive util ubertate superare. Quidquid apud illos præceptis ads tur, hic firmatum videmus exemplis. Illi cassam sæ vacuam fingunt animo virtutis imaginem: hic ipsa virtus præsentem sistit ob oculos, et vivam quodam ac spirantem exhibet. Illorum suspecta interdum est o loquacitas: hic nos frangit auctoritas ineluctabilis om rum triumphis ducum, et maximi post hominum m riam imperii conditorum. Denique illorum præcepti non modo aridæ ac jejunæ nihil habent lenocinii, nihi luptatis, sed etiam ipsa præcipiendi professione abste ac fugant indociles plerumque hominum animos: Livi omni eloquentiæ cultu salutaria monita vestit et exorn ita præcipit ut prorsus lateat præcipiendi voluntas. Nu in eo magisterii supercilium; nulla doctoris persona: f que disciplina virtutis ante insinuata mentibus, quam qui discunt doceri sese intelligant.

Hoc artificium callide deprehendit vir exculti multa manitate ingenii Corbinellus (2), qui sententias e I collectas contulit in libellum, editum Parisiis anno 169 monito quod huic libello præfixum est, observat ed mirum quibusdam fortasse videri posse, quod qui tam sententiose scripserit Livius, tam multas ex suo oper cerpendas sententias præbuerit. Sed nempe egregius dic artifex, non, Polybiana simplicitate, tamquam purpu pannos, narrationi sententias assuit. Longe illi majo

(1) Liv. Præf.

(2) *Les anciens historiens reduits en maximes. Premier volume. Tite*

venustatis et æquabilitatis in scribendo cu
operam, *ne*, quod postea Petronius (1) mo
emineant extra corpus orationis expressæ, se
bus colore niteant.

Jam igitur æquam de Livio videmur ferr
tiam. Tres præcipuæ sunt historiæ dotes,
cunda, ut utilis sit. Atque adeo tria sunt h
ut res gestas cum fide repræsentet, ut iis
quentiam adhibeat, ut hausta ex iisdem mo
dorum monita et præcepta narrationi insp
præstitit Livius, ut si minus cæteris omnib
præripuisse palmam, certe nulli secundus h
si historiarum scriptori sufficeret utile dulci
stra quidquam perfectius quæreretur. Sed
fidem triplici modo peccare quis possit, nim
et volens, vel amoris aut odii cæcis insidii
negligentia lapsus; harum culparum nullan
semper immunem Livius servaverit, idonei
argumentis probavimus.

ART. IV. *Criminationes ad animum moresque*

Antequam ad alteram institutæ disput
transeamus, ne quid a nobis, quod alicuju
prætermissum dicatur, duo nobis expender
neca patre et Plinio majore objecta Livio
ipsius, sed ad mores animumque pertinenti

Seneca, lib. IV, Controv. 24, hanc Thu
tiam refert: Δειναὶ γὰρ αἱ εὐπραξίαι συγκρύψαι καὶ
στων ἁμαρτήματα. Quam sic vertit Sallustius: *R*
sunt vitiis obtentui. « T. autem Livius, inq
« iniquus Sallustio fuit, ut hanc sententian
« translatam, et tamquam corruptam dum t
« ceret Sallustio. Nec hoc amore Thucydidis

(1) Satyr. cap. 118.

« præferat. Laudat quem non timet, et facilius put
« a se Sallustium vinci, si ante a Thucydide vinca
de ipsa re Senecæ credimus, cujus sane testimoniu
facile quis aspernari possit, si Livius tam futili crim
Sallustium insectatus est, profecto non videmus q
ab ejusdem Senecæ judicio discedere : fatendum erit
Sallustio ejusdem gloriæ æmulatione iniquum fuis
enim corrupti deprehendi potest in sententia Sall
quæ Thucydideam et fideliter et elegantissima cu
tate exprimit? Unam vero sententiam ex alio s
translatam objicere Sallustio, non ejus est qui totos
libros exscribere solitus sit. Idem tamen Seneca
agnoscit Livium natura candidissimum omnium ma
ingeniorum æstimatorem fuisse. Sed nempe pravu
certamen etiam moderatissimi et æquissimi ingeni
que homines sæpe transversos rapit.

Plinius non ita probabili de causa videtur Liviu
sisse. Litem ei propterea intendit, quod in historiar
rum quodam volumine sic orsus fuerit : « satis
« gloriæ quæsitum, et potuisse se desinere, ni ani
« quies pasceretur opere ». *Profecto enim*, inquit Pli
populi gentium victoris, et romani nominis gloriæ, n
composuisse illa decuit. Fuisse eum romani nomini
plus etiam quam satis sit studiosum supra prob
Quod vero et suæ quoque laudis aliquam rationem
rit, quis ei crimini vertat, qui meminerit cupidine
etiam sapienti novissimam exui (3)?

Omnino, si mores ejus ex scriptis æstimaveri
fere solent ii qui scribunt aliquid, animi sui effigie
aliud agendo in libris suis exprimere, dubitare no
mus, quin candidissimum ei pectus fuerit amanti
que virtutis. Eam ille ubique tantis laudibus, tam

(1) Suasor. 6.
(2) Præfat. Hist. Nat.
(3) Tacit. Hist. IV, 6.

fuco et mendacii larva alienis extollit, ut intr
admirationem minime stetisse videatur. Scias
tutem in cæteris eximie laudet, in se quoque

ART. V. *Honores ejus memoriæ a Patavi*

Tanti viri memoriam, quæ toti literato or
esse debet, Patavini ejus cives præcipuo sibi f
dam esse existimavere. Sed verentur docti (1)
fefellerit pietas, dum ejus ossa inventa apud s
intellecta inscriptione decepti, nimium facile
dent. Quum enim anno post Christum natun
ædem S. Justinæ Patavii, terra altius effossa,
vetustissimum pavimentum, eoque fracto ca
ossibus plena reperta esset, quidam recordati
antea veterem effossum lapidem cum hac inscri

V. F.
T. LIVIVS
LIVIAE T. F.
QVARTAE L.
HALYS
CONCORDIALIS
PATAVI
SIBI ET SVIS
OMNIBVS.

Nemo dubitavit, quin ipsum Livii corpus il
tineretur. Itaque celeberrimo urbis loco, in
dicitur, vulgo *Palazzo della ragione* vocant,
vari voluere; statuamque ibi Livio e marn
cum illa quam repererant inscriptione: qu
hodie quoque Patavii visuntur. Sed inscrip

(1) Vid. Voss. de Hist. Lat. lib. I, cap. 19; Dujat. Pra
Morhof. de Patavinitate Liviana, cap. 3.

memoratam a liberto Liviæ Titi filiæ, non a Tito ipso
sitam fuisse docuit Marquardus Gudius. Est enim si
genda : VIVENS FECIT TITVS LIVIVS LIVIAE TITI FI
QVARTAE LIBERTVS HALYS CONCORDIALIS PATAVI SIB
SVIS OMNIBVS; quæ verba hanc habent interpretationen
Halys libertate donatus a Quarta Livia Titi filia, Conco
postea, cujus erat Patavii templum, sacerdos factus,
ac suis hoc monumentum posuerit.

Est et alia Livii statua lapidea Patavii in porta qua
non longe a curia, cum hac inscriptione :

OSSA

TITI LIVII PATAVINI, UNIUS OMNIUM MORTALIUM
IVDICIO DIGNI, CVIVS PROPE INVICTO CALAMO
INVICTI POPVLI ROMANI RES GESTAE
CONSCRIBERENTVR.

Sed hæc inscriptio et literis Gothicis exarata est, et
ipso ampullisque verborum, quas in inscriptionibus
ignoravit antiquitas, novitatem plane sapit.

Dujatius et Morhofius aliam adhuc inscriptionem
runt, quam in ædibus Hannibalis *Capodilista* haberi a
quæque et antiqua esse, et ad nostrum pertinere poss
detur. Ea sic habet:

T. LIVIVS C. F.
SIBI ET SVIS
T. LIVIO. T. F. PRISCO ET
T. LIVIO. T. F. LONGO ET
CASSIAE SEX. F. PRIMAE
VXORI.

Ut ut sit, præter conditorium illud Livii ossibus, ut
existimabant, in curia positum, seorsim ostenduntur

« legato suo orante, et M

« tore constantissimo inter

« T. Livii ossibus, quæ ho

« Patavi (2) cives in munu

« simo quadringentesimo q

« lendas Septembres ». Ea t

rum ac regum in literas ea

veneratio: a qua tantum

exempla memorantibus veni

pecuniæ divitiarumque preti

tum de veræ laudis et d

cesse est.

Expensis iis omnibus qua

jam ad ejus editores interpre

CAPUT S

DE LIVII EDITORIBU

ARTIC. I. *De iis qui J. Frid. (*

edito

Dignum sane erat Livii opu

quæ per incuriam imp...

fecerit, recenset J. Frid. Gronovius in præfatione sua ad Livium, quam ad hujus calcem subjungemus, ne aut bene meritos de hoc præstantissimo scriptore deque nobis homines gloria sua, aut cupidum lectorem illorum notitia fraudemus.

Nobis hic observare sufficiat, ex iis omnibus quos Gronovius enumeravit neminem esse cui plus debeat Livius, quam Car. Sigonio. Ille et scriptis aliquot exemplaribus adjutus, et magna romanarum rerum peritia, multas Livio labes abstersit, locisque quamplurimis, vel obscuris lucem, vel sauciis et laceris sanitatem reddidit: ut vix quidquam abesse putaretur, quominus ejus opera eloquentissimus scriptor primævo nitori restitutus esset.

Artic. II. *De Gronoviis.*

At sequutus Sigonium post unius sæculi ferme spatium J. Frid. Gronovius, longo illum intervallo superavit. Hunc vere dixerimus principem tenere locum inter eos omnes qui Livio castigando manum admovere: virum in quo cum limatissimo judicio certat copia eruditionis et varietas; in quo mira ingenii acies et sagacitas minime officit diligentiæ; sine timiditate cautum, audacem plerumque sine confidentia: qui denique omnibus jam Livium tractaturis fax esse debeat certusque dux, a quo raro discedi possit sine erroris periculo. Etenim ad ea quæ modo memoravimus naturæ doctrinæque præsidia, etiam optimorum librorum copia accesserat, quorum ope multas insignes maculas, partim inveteratas jamdudum, partim a pravis emendatoribus recens allitas, eluit (1): multa, quæ specie sanitatis imponebant, cæco aliquo laborare vitio ostendit: multa falso suspecta in integrum restituit: ut post tot doctissimorum virorum labores, novus tamen pæne Livius, et velut rediviva juventa nitidus in lucem tum demum prodierit.

(1) Vid. ejus Præf. infra.

Hæc singularis est Gronovii laus, quo
textum optime repurgarit. Cæterum lo
sed paulo difficilioribus aliquam explana
antiquitates, puta leges, mores, institu
vulgo cognita, breviter, ubi daretur o
supplere ea quæ Livius ab aliis tradita
paucula de Geographicis inserere, aliaqu
glexit: sive quod id a prioribus abunde
ret; sive curam eam, tamquam fama sua
aspernatus est. Non quin talia multa in
rant: sed nimirum neque omnia persequ
aliquid hujusmodi attingit, illuc non acce
rum casu delatus est, dum veram alicui lo
nem, aut emendationes suas firmare cor
pleniore totius negotii tractatione fieri n
quin, quidquid ad contextum ipsum non
ire solitus est. Uno verbo restitutor Livii, q
dire maluit. Quod si integrum laborem su
vatus esset, et omnia quæ opus sunt adj
suppeditare studioso Livii lectori, necdun
romanis, et antiquitatis cognitione trito
fecto ille, qua et doctrinæ ubertate, et feli
perpauca postfuturis interpretibus faciend

Quamquam ea ipsa quæ dedit, non ita
fecta esse contendimus, ut nihil addi, c
queat. Nam præter styli scabritiem, qui i
nibus et vocabulis, latinis quidem, sed
minime vulgarium recessu depromptis, au
letis, aut denique a communi et populari
tet totus et horret, est et quando vir doc
verit: ut quum deceptus una literula per
rum prave immutata, desperatum esse pro
conjecturis vexat et sollicitat eum Livii lo
clarior fingi potest. Is locus reperitur lib.
et a Clerico ex veteribus editis emendatu

dem perraro contingit; atque haud scio an huic ex omnibus iis qui umquam in simili opere versati sunt, rarissime.

At conjecturas audaciores in ejus notis sæpiuscule animadvertas, quibus haud facile fides habenda sit. Ipse quidem sedulo cavit, ne cuiquam ex ea re prudenti attentoque lectori fraus fieret. Quas enim certissimas esse emendationes duxit, eas in textum admisit; quæ sane ita plerumque, imo fere semper, severa trutina examinatæ et religiose perpensæ sunt, ut nulla de iis possit dubitatio superesse. In notis indulsit magis ingenio, et liberius conjecturas sivit excurrere: ita tamen ut multa in iis non ingeniosa solum, sed quam proxime ad veritatem accedentia, et plane etiam verissima reperiantur.

Illud plurimi sane laudi ei dare minime dubitabunt, quod operosa diligentia MSS suorum lectiones in notas usque et usque congerat; et fidem quasi sub testibus agentis gratanter accipiendam esse arbitrabuntur. Erunt fortasse quibus molesta illa sedulitas et fastidiosa videatur. Quid sentiamus ipsi, aperire necesse habebimus in tertia hujus præfationis parte, ubi de interpretis et notarum concinnatoris officio disputabimus. Eodem rejicimus disceptationem de multitudine exemplorum, quæ locutioni alicui firmandæ vel illustrandæ aliquoties ab eo cumulata sunt. Sed quidquid tandem de minutis his leviusculisque rebus statuatur, illud constat, neminem, ex quo literæ revixerunt, utiliorem operam scriptori nostro navasse. Et sane labor ejus quum magno statim plausu exceptus sit, hodie quoque secundissima apud doctos omnes, et merito quidem, fama fruitur.

Post J. Fr. Gronovii mortem, Jacobus ejus filius in paternæ laudis consortium venire voluit, et diligenter inspectis veteribus quibusdam membranis, quarum copiam non habuerat pater, modica, nec tamen inutili accessione scholia ejus in Livium locupletavit (1). Sed et aliquot dissertationes

(1) Vid. Præf. Jac. Gronov. in edit. an. 1679.

-p... et pecı
diximus Gronovii patris oratio
perspicuam interdum videri, et
bus vocabulisque paulo horridic
terni styli asperitatem esse dic
dumeta et senticeta reperies. A
cundæ metaphoræ, et, velut ca
in allegoriam etiam productæ; s
inusitata, inaudita, et remotissi
inquinata; græca passim admix
fabulis raptim et obscure indicat
hic est orationis ejus cultus, hæ
in illa incidit, sed appetit ultro,
contexit orationem. Quod ne qui
majus augere existimet, hic spe
inserere primam periodum epist
illustrissimum episcopum Paderl
Furstenbergium, quum amantiss
sertationes suas epistolicas dicaret
« viculam hanc, in qua medita
« tirocinii in Tito Livio mei parte
« ituram, et ab omni procella tu
« mani oras circumerraturam cer

PRÆFATIO.

Artic. III. *De Dujatio.*

Eodem fere tempore quo apud Batavos prodiba
utriusque Gronovii labor, Parisiis nova quoque L
publice proposita est, adornata a J. Dujatio ad u
Delphini. Hujus operis universam formam nemo n
æstimator laudaverit. Notæ ejusmodi sunt, ut e
ctor, non ea tantum quæ gloriæ sibi, sed et quæ q
rimis utilitati esse possent, spectavisse videatu
ipsius Liviani emendationem, difficiliorum locor
pretationem, rituum, legum, etc. brevem explic
plurima de Geographicis, non pauca ad histori
pertinentia. Explevit etiam Dujatius ea quæ in u
exstant Livii libris exciderant. Denique magnum
tioni ornamentum adjecit, supplementa in locum
Livii deperditorum a J. Freinshemio concinnata
grum romanæ historiæ corpus a Romulo ad ext
principatus Augusti tempora perpetuo tenore p
lectoris oculis exhiberetur.

Dujatii laudi favemus sane ex animo, non sol
causa, sed et quod ubique ille sese probat cand
virum, ingenuique, ac simplicis, nullo fastu, n
gantiæ suspicione, ita mutuantem a cæteris, u
ipsis laudem minime intercipiat; ita eos interdun
tem, ut nulla in reprehensione insit acerbitas
vere gallicum pectus, et ab omni simulationis
ostentationis labe alienum. Postulat tamen insti
ratio, ut, quid in eo desiderari possit, non dubi
ponere. Quod ita præstabimus, ut et veritati,
consultum velimus.

In primis etsi clara ejus est, et facilis, et
oratio, non satis tamen sincera est et incorrupta
sed multis inquinata vitiis, quæ vernaculum
redolere, et ex eo fluxisse videantur. Initio statin

ad præfationem Livii nona, *æstimata* sumit pro eo quod latine diceretur *in pretio habita*, et alibi (1), *principale judicium*, quod gallice dicimus, *jugement au principal*, et *Camillus renuntiata patria*, et *dignitatis titulus*, et *in genere* pro hoc nostro *en général:* aliaque quamplurima, quæ etsi ipsam interpretationis fidem minime vitiant, tamen et ingrata accidunt iis qui puræ latinitatis gustum ex limpidis antiquitatis fontibus haurire studuerunt, et aliquid detrahunt ex auctoritate interpretis per imperitiæ suspicionem, aut certe negligentiæ.

Et sane, quisquis Dujatii notas sedulo perpenderit, facile intelliget eum in multis sæpe negligentius se gessisse, nec vero parem suscepto muneri, aut doctrinæ copiam, aut latini sermonis intelligentiam attulisse. Itaque et a mente auctoris non raro aberrat interpretatio, et de antiquitatibus disserenti haud facile credendum est. Pauca hic utriusque generis exempla producemus, non accusatorio animo, non obtrectandi cupidine, sed quia ingenuam semel in judicando libertatem professis silere jam integrum non est.

Libro III, cap. 41, orto inter Appium decemvirum Valeriumque certamine, narrat Livius ab decemviro indictum esse Valerio silentium, « et ad Valerium, inquit, negantem « se privato reticere, lictorem accedere jussit ». Sensus apertus est. Contendebat Valerius Appium anno jam ante abiisse magistratu, ac proinde eum pro privato habebat. Negat igitur se reticere debere ex jussu hominis privati. *Se* referri debet ad Valerium : *privato* est in dandi casu : nihil clarius. Quidnam igitur judicabimus de hac Dujatii nota : « *Se* ad Appium refer, non ad Valerium: quasi dicat Vale- « rius, ipso Appio privato, non debere silentium ejus nutu « servari ». Sensum quidem attigit : vim verborum et latini sermonis proprietatem prorsus pervertit. Quis enim non

(1) Lib. III, cap. 40, not. 6; V, 44, not. 1; VIII, 32, not. 5; VII, 21, not. 3.

videt τὸ *se* referri nullo modo posse ad Appium? Qui
tem unquam sic loquutus est? *Nego reticere te privato*

Libro VIII, cap. 23, Samnites postquam questi
Fregellas, quæ ab se captæ ex Volscis, et dirutæ fue
a Romanis restitutas, coloniamque eo missam esse,
adjiciunt : « Eam se contumeliam injuriamque, ni si
« iis qui fecerint dematur, ipsos omni vi depulsuros e
Quis in tam plano loco putaret posse quemquam c
dere? Dujatius nodum in scirpo quærit, et suis se
irretit laqueis. *Redundare videtur*, inquit, *vel* ipsos
se, *nisi unica vox sit* seipsos, *in duas longiore paulo i*
vallo distracta. Unica vox, *seipsos!* Nolumus quid
gravius dicere; sed qui id in mentem venerit optimo
sane miramur. Si quis pro Horatiano illo, *græca quod*
ipse testa conditum levi, diceret *græca quod ego testa*
didi ipse et levi, essetne aliquis, quem tam procliv
plana locutio moraretur, aut qui τὰ *ego ipse*, pro *unica*
haberet *in duas paulo longiore intervallo distracta?*

Inviti hanc velut censuram agimus: simul veremu
exilibus hujusmodi tricis lector defatigetur. Itaque un
adhuc exemplum apponemus, ex quo intelligi possit,
jatium in antiquitatis cognitione haud magnopere f
versatum. Livius, lib. VIII, cap. 26, de secundo Q
blilii Philonis triumpho agens, « Duo singularia hæc
« quit, ei viro primum contigere : prorogatio imperii
« ante in ullo facta, et acto honore triumphus ». Hic Li
reprehendit Dujatius : « Hoc, inquit, singulare non
« Romæ, ut post administratum honorem quis trium
« ret ». Sed, dum Livium erroris arguit, ipse suam
inscitiam prodit, vel incuriam. Constat enim, ut
maxime, tum ex Livio, tum ex fastis Capitolinis, n
nem ante Publilium triumphasse post actum hono
sive magistratum; sed omnes qui antea triumphave
consules, aut dictatores, aut tribunos militum triumph
Cætera quæ ibidem occurrunt de proconsulatu, paru

dem accurata sunt. Sed hæ
notis, eo quidem magis, q
homines fama, ut multis fr
peccatum est.

Ex iis quæ diximus conji
tis ab eodem in lacunas ulti
rum concinnatis judicandun
tatem, et naturalem quamda
præsidia doctrinæ, atque et
librum XLI prima profitetu
plere conaturum, « quoad, i
« bliopolæ festinationem, m
« occupationes licebit ». Fut
satio. Ea nobis adhibenda
blicam reverentia, ut nos
mus: et quidem in opere
utilitatem comparato facilis
annorum, jactura.

Si ita sensisset Dujatius,
menta illa prodiissent, et d
operis veluti coalescerent. N
et corruptæ latinitatis spar
circa res ipsas indiligentia d
quæ inseri par fuerat, quæd
et ex sequentibus præposter
ris ac loci erant, incuriose t
exornata, amplificata, inte
statuissemus supplementa,
rant, in nova hac editione
tantum notis, quibus eme
rata viderentur, nobis nece
novaque supplementa nostr
men plurima ex eo mutuari

ARTIC. IV. *De supplementis Freinshemianis.*

Unum, ut jam diximus, consultissime fecit Dujatius, quod supplementa Freinshemiana Livio attexuit: egregium opus, et haud scio an omnium quæ in gratiam studiosorum romanæ historiæ facta sunt, utilissimum; de quo etsi paulo jactantius fortasse, non immerito tamen auctor (1) ipse ita gloriari ausus est, ut sponsione quodammodo quemlibet ex eruditorum numero lacesseret, professus se *neutiquam metuere, ne quis ex his omnibus scriptoribus qui sunt in hominum manu, aliquid efficiat in hoc genere concinnius, copiosius, verius.*

Unam tantum decadem, eam scilicet quæ secundæ Livianæ vices supplet, vivus vidensque in publicum emiserat Freinshemius, Holmiæ, anno MDCXLIX. Biennio post ejus mortem, id est, anno MDCLXII, cum eadem illa decade rursum typis excusa, prodierunt in lucem Argentorati et Francofurti etiam alii quinquaginta libri, a libro nimirum sexto et quadragesimo ad quintum et nonagesimum. Denique integrum jam opus Parisiis, accurante Dujatio, cum Livio editum est.

Hujus operis ea pars, quam parens ipse in lucem produxit, limatior profecto cæteris esse debet, et magis habere absolutionem quamdam suam et quasi maturitatem. Sed et parum videtur abfuisse, quin extremam imposuerit manum illis quoque quinquaginta libris, qui non multo post ejus mortem publici juris facti sunt: quibus quidem etiam monitum ejus præfixum est, quo ipse lectori hos tradit in manum libros et commendat. Quumque hoc monitum, quale apud Dujatium habetur, notam anni MDCLIV præferat, videtur jam tum hos libros editurus fuisse Freinshemius, nisi aliqua ei undeunde objecta mora fuisset. Postremi

(1) In monito ad lectorem.

quinque et quadraginta libri, etsi abs
runt, non tamen æque ac cæteri vide
Sed ubique mirari licet variam et co
operosam in colligendis iis quæ sparsi
quamplurimos scriptores disjectæ era
reliquiis diligentiam, in repræsentan
in componendis, et suo loco atque or
rulis in emblemate vermiculato struen
solertiam. Stylus, in iis præcipue quæ
cuit, facilis, perspicuus, qui nec serp
captet; paulo pinguior tamen, et in
quemdam latinitatis elegantemque mu
lucida, sententiis monitisque ad inform
modatis distincta. Quin et orationes
identidem immixtæ, quæ J. Clerico (1)
sæque visæ sunt, ut affirmare non d
quod attinet, ordinemque et perspicuita
melius ab ipso Livio fieri potuisse. Quo
dum plus videtur tribui Freinshemio,
postulat; ita illud contendimus, nonn
nibus esse ejusmodi, ut iis aliquid
non vulgaris aut ingenii sit, aut etiam
Denique sic statuere non verebimu
pari voluptate fructuque tum ab in
legi posse; ab his, ut quas velut per i
tia dissipatas hinc inde historiæ ro
quasi concisa minutatim membra, m
ctati sunt, ea in unum coagmentata
conspectu posita intueantur; ab illis v
dem historiæ notitiam nullo negotio sib
et habere quo referant quæcumque d
argumentum pertinentia lecturi sunt.
Digna est viri optime de literis meri

(1) In Præf. ad Livium.

posteros cum honore propagetur; dignus ipse, cujus et vita, et literarii labores quam plurimis innotescant: eo quidem magis, quod virtutis amorem, quem prætulit scriptis, moribus quoque præstitit; homo candidi pectoris, et ex iis omnibus, quos ad se Christina Suecorum regina conspicuos eruditionis laude vocaverat, unus qui magno illi Cartesio (1) ex animo faverit, et inter obtrectantum summo philosopho et viro invidos tumultus, ipse fidelem ei amicitiam et plena benevolentiæ officia exhibuerit. Itaque quum epitaphium ejus, quo tota hominis vita describitur, Dujatius, non indicato tamen auctoris nomine, edendum curaverit, idemque indicem operum ejus omnium confecerit, utrumque hic non pigebit exscribere.

EPITAPHIUM FREINSHEMII.

JOANNES FREINSHEMIUS
Lucem primum aspexit ULMÆ
A. D. XVI Kal. Decembris
Anno Christiano M. DC. VIII.
Academias invisere cœpit natus annos quindecim:
Maxime vero profecit ARGENTORATI,
Adjutus humanitate, consiliis, exemplo
Viri Optimi, atque Doctissimi,
MATTHIÆ BERNEGGERI.
Inde vocatus a Viro quodam Illustri in GALLIAM,
MICHAELIS MARESCOTTI *usus contubernio,*
Inter Regis Secretarios Interpretes locum tenuit
Anno Christiano M. DC. XXXIV.
Reversus inde ad BERNEGGERUM *suum,*
Ejusque filia ducta A. Ch. M. DC. XXXVII.
Commune cum eo tectum, mensam, Museum,
Bibliothecam, studia prope omnia habuit.

(1) *Vie de Descartes, liv. VII, chap.* 15 *et* 18.

4.

Hinc in SUECIAM *a*
Professorem Politices e
Anno Christiano
Donec post quinquennium in
Incomparabilis illius Ch
Sub Regii Bibliothecarii et
A studiis Serenissimæ
Valetudine vero frigidic
In Patriam se recepit
Ubi tum Serenissi
Palatinam instaura
Præsentiam illius operam
Huic ille vocationi lube
Sed non ante consensum
Quæ A. M. DC. LV. per
Consiliariorum nun
Igitur Anno sequenti pr
Serenissimi ELECT
Et novo nostris A
PROFESSOR HONOR
Adeptus ist
Functu
Reliquit
HEIDELB. *Ann. M.*
Unum mem

—

INDEX

OPERUM FREINSHEMII

A DUJATIO CONFECTUS.

Lucubrationes Freinshemii exstant multæ, atque admodum utiles, publici jamdiu juris : quædam sunt typis nondum vulgatæ.

Versantur in hominum manibus,

Panegyricus Gustavi Adolphi Suecorum Regis.

L. Ann. Florus in Capita et Versiculos distinctus, Notisque illustratus.

Supplementa Curtiana, cum ipsius Curtii operis, quæ exstant, fragmentis, variantibus lectionibus, indice locupletissimo, et commentario: quod opus Joachimo Vico-Fortio Equiti dicatum prodiit Argentorati apud hæredes Lazari Zetzneri an. 1640; et illud nost. edit. inseruimus integrum. Ed.

Notæ in Tacitum.

Paraphrasis Corneliana, qua priores quatuor libri Annalium Taciti exponuntur.

De S. Rom. Imperii Electorum, et Rom. Ecclesiæ Cardinalium præcedentia.

Supplementorum Livianorum libri CV.

Syntagma de Vicariatu Palatino : quod prodiit sub nomine Phylœci.

Latent adhuc, ut audio, in eruditi Vormatiensis Advocati Bibliotheca, in quam post Freinshemii obitum emptione transierunt, præter varias in classicos aliquot scriptores notas,

Theses de Assessoribus.

Meditationes Politicæ de Officio boni Præsidis.

Carthaginiensia, Numidica, Achaica et *Pergamena*, seu harum rerumpublicarum et regnorum formæ, historiæ, instituta.

Art. V. *De Th. Hearnii, et J*

Anno 1708, Oxoniæ prodiit nov
mæ Hearnii, non illa quidem apu
et quæ se tantummodo commende
num multitudine, quas magno la
legit editor, et suo quasque lo
Cæterum notæ quæ ad illustrand
paucissimæ; atque textus ad Gro
exactus.

Ultimus Livio admovit manum
mensorum voluminum parens, qu
losophiæ, sacræ profanæque erudi
tis historiæ spatia pervagatus, de
se posse testari voluit. Sed rem
tractavit. Quamquam et textus Li
eum est, quippe ex Gronoviano d
ris velut facies concinna admodum
rum chartæque elegantiam attend
nis ad eum modum arctatam, ut
sive addita singulis paginis adjum
cundioremque Livii lectionem per
summa ora cum libri et capitis nu
aut eorum magistratuum a quibu
ad latus annos tum ab Urbe con
natum, et simul perexigua quæda
ratarum breviaria.

Notæ paucissimæ sunt : quo in
ei concedimus (1), melius com
pauca esse, quam ut *æquo plura*
quoque nimia paucitas et evilescit
litate ac bonitate pensetur. An v

(1) Vide ejus Præfat. infra.

illæ, quæ quasi gemmulæ quædam minime vulgarentur, sed non modica intervalla nitida luce distinguerent, nobis dubitare liceat. Ipse profitetur se (1), *quum semper Livium in deliciis habuisset, et nonnulla in adversariis suis ad eum scriptorem notavisset, ea huc transtulisse; nonnulla in ipso editionis decursu nata esse, nec diu aut procul quæsita.* Hoc quidem etiamsi monere supersedisset ipse, facile animadvertisset peritus lector et intelligens. Sunt enim ibi, ut in tanta notarum paucitate, plurima, quæ non satis accurate perpensa esse perspicuum est.

Velut quum lib. II, cap. 58, elegantissimum eumdem et meridiana luce clariorem Livii locum, dum vult emendare, corrumpit. Loquitur ibi Livius de contumacia militum adversus Appium consulem indomitis odiis certantium. « Si « adhortator operis (Appius) adesset, omnes sua sponte mo- « tam remittere industriam ». Quid apertius? Ubi milites sua sponte manum operi admovissent, si Appius hortaturus supervenisset, omnes ab opere discedebant. Hæc tamen inani et improspera conjectura sollicitat Clericus. « *Rectius*, « inquit, *ni fallor, esset*, notam industriam. *Nam quum* « *Ap. Claudius adhortator operis aderat*, sponte sua *non* « *erat* mota industria *militum. Nec scio an* moveri industria « *eo modo dici queat* ». Hæc refellere nec vacat, nec necesse est. Ipse se Livius defendit.

Nec felicior lib. XXI, cap. 63 correctio occurrit, ubi Patres romani inducuntur querentes de Flaminio consule, et ea quæ ab ipso in priore consulatu peccata erant, in memoriam revocantes. « Consulem ante inauspicato factum, « revocantibus ex ipsa acie diis atque hominibus non pa- « ruisse ». Nempe ad Flaminium primo consulem, quum jamjam adversus Gallos pugnaturus esset, literæ ab senatu venerant, quibus dimicare vetabatur, propterea quod ipse et collega vitio creati consules essent. Quid sibi vult igitur hæc Clerici notula? *Ex ipsa acie:* lego *arce.*

(1) Vide ejus Præfat.

Cato pro lege Oppia adversus m
« inquit, frenos impotenti natura
« sperate ipsas modum licentiæ f
Hæc ironice accipienda sunt. Eod
date, id est, laxate, *frenos imp*
quo dicere potuisset, *si laxaverit*
Clerici notam inspiciamus, quæ c
rate ipsas. « Sensus, inquit, ostend
« legendumque *nec sperate*; aut
« sublata negatione, *si*, quod du
vix dubitari potest, quin τὰ *date*
guæ intellexerit, *donnez un frei*
frenos injicite. Atque hoc quidem
esset alterutra earum quæ ab i
num. Sed mirum sane est, vir
qui tam multa legerit, in tritæ a
ligentia lapsum esse.

Finem hic animadversionibus
quam tamen jocularem in re omn
ejusdem errorem exhibuerimus l
summa argenti ab Papirio cons
sic in omnibus editionibus notatu

sæpe parum decora. An aliter se res habere potest (1), ubi notæ *in decursu editionis natæ, nec diu aut procul quæsitæ* statim extruduntur in publicam lucem? Si diligenter et accurate interpretandi Livii munus haud satis dignum erat, in quod uberrima hominis doctrina impenderetur, at certe dignus orbis literatus, cui nihil offerretur, nisi factum et limatum.

Qui tam incuriose Livium tractaverit, eum in Freinshemio, ubi longe minus operæ pretium erat, diligentiam adhibuisse frustra sperares. Ipse (2) quidem gloriatur, sese, quum cæteræ supplementorum Freinshemianorum editiones *innumerabilibus mendis scaterent, ex singulis ferme foliis aliquot sphalmata* gravissima *sustulisse.* Quod ut aliqua ex parte verum esse libenter concedimus, ita ex nostris sive notis ad supplementa, sive errorum a nobis correctorum indiculis apparebit, quantum ille laboris et molestiæ sequuturis editoribus in repurgandis operis utilissimi deformibus maculis exhauriendum reliquerit.

Idem adjuncta marginibus editionis Parisiensis nomina scriptorum, quorum ex fontibus hortos suos Freinshemius irrigavit, sibi omittenda arbitratus est. Atque id quidem consilii capere necesse habuit, quum orarum angustiæ, in ea voluminis forma quam elegerat, tantæ nominum multitudini pares omnino non essent. Quod vero contendit (3), *homines eruditos satis nosse ubi singula inveniantur, ex veterorum historicorum lectione,* id nobis, etiamsi *homines eruditos* non ex nostro modulo ac pede metimur, vix ac ne vix quidem persuaserimus. Sunt enim multa, non ex scriptoribus historiarum modo, sed et quibuscumque Veterum monumentis, atque etiam ex reconditis interdum abstrusioribusque latebris a Freinshemio eruta, quæ statim cuivis

(1) Præf. Cler. ad Liv.

(2) Ibid.

(3) Ibid.

erudito homini in promptu futura ac
haud facile videantur (1).

Ex iis quæ in tota hac de editori
Livii disputatione disseruimus, liquid
mus, præstantissimum scriptorem adhu
quæ per omnes ejus operis oras et re
cumducat. J. Fr. Gronovius noluit om
egregie posset. De Jac. Gronovio siler
institit vestigiis, et pauca de suo contu
nec potuit. Et ipse negat voluisse Cl
fortasse, si maxime voluisset. Hearniu
cando operi congessit: opus ipsum
novam apud Batavos Livii editionem
niam hactenus ostentata tantum verbis
nibus hominum versatur, judicare no
prioribus absolutior futura sit. Ideo
cæteri partim imperfectum reliquerant
taverant, aggredi ausi sumus. Quid
voluerimus efficere, quænam fuerit i
jam declarandum nobis est.

CAPUT TERTIU

DE INSTITUTI NOSTRI RA

ART. I. *De laude debita antiquita*

Fuit tempus illud, quum quidquid
rum erat, in interpretandis emendandi
omne studium decusque ponerent. P
sæcula toti Europæ incubuerat barb

(1) Auctorum nomina, quorum fretus auctori
Freinsh., nec omittenda nec adjungenda marginib
mus, at sub unaquaque pagina disponenda, ut vo
rumque ordini hæc utilissima adjumenta accommo

artium ignorantiam, pretiosorum illorum doctæ antiquitatis monumentorum luce perfusi, et suavissimo quasi odore recreati eruditi omnes, in ea vehementissimo quodam amoris impetu ferebantur. Una cunctis voluptas, unus labor, una gloria, in iis exponendis ac præsertim ab deformi, qui per tot ætatum incuriam imperitiamque inoleverat, squallore abluendis cum doctrinæ et ingenii laude versari.

Hodie refrixit admodum res. Jam expoliendis vulgaribus linguis studium impensum est: jam iis conscripta sunt eximia opera et immortalitate digna: nec poetis, oratoribus, historicis veteribus afferre lucem, sed cum iis scribendi laude certare gestimus. Præclare sane. Quid enim proderat impallescere antiquitati, nisi et ad eam adspirare quoque licuisset? aut aliena admirari ingenia, nisi et nostra ipsi exacueremus? Frustra nobis a natura data mens erat, oculique, ac vires, si aliena tantum eruere et expiscari sensa, alienis credere oculis, alieno ductu ingredi necesse semper fuisset.

Sed hinc jam cœpit decrescere pretium interpretibus antiquitatis, et ad ejus æmulos principatus reipublicæ literariæ merito delatus est: quumque reperirentur qui parem Veteribus adepti lauream iis assiderent, in inferiore procul dubio consistere gradu debuerunt, qui se Veteribus inferiores esse ultro profitebantur, et eorum procul adorare vestigia satis habuerant.

Nec vero intra eum modum res stetit. Nostri homines, postquam suas experti vires, satis sibi placuere, magistros jam suos præmonstratoresque, eximios illos dico antiquitatis scriptores, quibus hoc debebatur, quod sepultus tamdiu et intermortuus literarum honos tandem revixisset, insectari sustinuere, et illos premendo sese extollere conati sunt. Non omnes quidem, nec ii sane qui ambiguam Veteribus palmam faciebant; sed ingeniosissimi tamen homines, et e philosophia toti, quæ quemadmodum salubri modo attemperata, magno et eloquentiæ et poesi orna-

mento ac præsidio esse potest
ejus normam omnia exigantu
risque impetus et quemdam q
veræ argumentationis præscri
ducum signa nomenque non
gariorum velut militum nume
trina destituti, eos quos vix
carpere, vellicare, allatrare si
que eorum obtrectent gloriæ
vetustas, quos mirati sunt ii
scribendi genere floruere, tu
contemptu prosequantur eos
disque Veterum monumentis
tam existimant: adeo ut ipsu
contumeliam verterit.

Ab istorum maledictis vi
instituti, et supervacuum vi
tissimi et ingenio et doctri
ut id tantum, quod propr
interpretandæ antiquitati
non memoriæ solum, q
ac judicii laudi locum es

Primo quidem, si no
naque exemplaria versa
decus ambiunt (quod
rabiosula indoctorum
gmentisve puerilibus
hauriendus est; si ill
mores et incoquend
feta et gravida sunt:
qui hos omnibus a
et speciosa eademq
lius intelligenda p
tenuis futura glor

Nec quidquam

qui in summo plerumque hæret, facile colligi posse, quamvis non in intimam illorum auctorum cognitionem descendatur : ac proinde supervacaneam esse interpretis sedulitatem, qui in syllabarum apicibus dimetiendis immoretur, et ignotos rimetur antiquitatis recessus. Nescit omnino, qui accurate scire negligit; aut certe parum ab ignorantia abest levis illa perfunctoriaque extimi velut corticis inspectio; nec tam ditat mentem, quam confidentiam alit, invisaque frontem armat inverecundia. Sed et quum multa etiamnum a multis latina lingua scribantur, quum tanta sit veterum scriptorum auctoritas, ut eorum verbis sententiisque sua insignire et distinguere opera plerique ament, sane cavendum est, ne aut parum latinis vocabulis locutionibusque inquinemus orationem, aut sensum ejus auctoris ex quo aliquid mutuati sumus corrumpamus. Quum autem vix cuiquam tantum otii supersit, ut omnia per se unus investigare queat, quonam modo hæc incommoda vitari poterunt, nisi sint qui religiose perpendendi uniuscujusque auctoris, et explanandi si quæ obscura sunt, quæ parum nota illustrandi, curam in se recipiant?

Denique in depromendis ex veteris historiæ penu, quod sane frequentissimi usus est, omnis exempli documentis, errare, labi, ob unius sæpe verbuli, aut nominis alicujus, aut vetusti moris ignorationem, quam turpe, tam proclive est, nisi regat vestigia periti interpretis manus.

Sed et, quamvis multum jaceat infra laudem ejus qui proprio Marte aliquid condit egregium, operosa interpretis diligentia, sua tamen hunc quoque gloria manet, nec ad provinciam hanc recte procurandam solummodo labore et industria, sed perspicaci interdum ingenio, limatoque judicio opus esse confitendum est. Etenim, ut varios excutere codices et eos inter se conferre, laboriosæ patientiæ est; ut multa legisse, perseverantiæ et assiduitatis; multa fideliter animo continuisse, cujusdam memoriæ felicitatis : ita, qui auctoris mentem in magna sæpe difficultate assequutus sit, qui ipsos scribentis sensus induerit, ut ex eo quem ille intuebatur

scopo, ex iis quæ præcedunt sequunturque
natione, colligat quid dici debuerit, qui ex
lectionum acervo eam quæ ad præsens instit
datissima est, prudenter elegerit, qui deniq
nonnunquam scripturæ vestigiis latens veri
quis dubitet ingenio valuisse? Is profecto no
rarii defendit vicem, sed boni judicis, qui
crepet, quid mendosum tinniat, interdum
mentis liquido dignoverit, interdum ex conje
fallacibus sagaciter odoratus. Adeat lector
Observationum J. Fr. Gronovii, ubi lucule
occurrit insignis in Livio emendationis ex
libros quondam insederat depravatione; et
illius vulneris sanationem prudentia et inge

ART. II. *Leges interpreti servan*

Non igitur sine causa tot olim doctissimi
tandorum antiquorum munus suscepere: et
qui operam hac in parte literariæ reipublicæ
gratia habenda est, si modo ad leges quasd
ratione hujusmodi operis tractationi positas
rint. Quas quidem quoniam nemo hacten
describere aggressus est, de iis pauca hoc
disserere operæ pretium videtur.

Omnium primum, hic interpreti finis pr
spectandum, huc omnia dirigenda, ut a
illustrandum sumpsit, expeditius legi jucu
Ex hoc uno capite semel percepto cætera o
derivantur.

Stylus itaque purus quidem sit et illim
vitiis sordidus et maculosus, sed subtilis
fastu, nullo, pæne dixerim, cultu, perspi
vel mediocriter doctos minime moretur, n
archaismis horrens, non reconditioribus
remotis vocabulis locutionibusque lectore

Brevitatem quoque consectabitur interpres, si sui loci ordinisque satis meminerit. Ipse enim in suo opere principem non tenet locum: totus ex auctore suo pendet, a quo nunquam ad se debet avocare lectorem. Quidquid non facit ad scriptorem emendandum illustrandumque, id ab officio interpretis ac munere alienum est. Captet igitur brevitatem: quam tamen in eo positam esse intelligat, non ut quam paucissima, sed ne supervacua dicantur, viteturque pariter vel nimium, vel parum. Frustra enim brevitatem jactaverit, qui necessaria prætermisit. Contra qui emendationem aliquam, loci difficilis interpretationem, legum, institutorum explanationem, argumentis, exemplis firmaverit, is non prolixus habebitur, sed accuratus et diligens; qui lectorem docere cupiat, non frustrari; qui credi sibi non postulet, sed velut coram judice arbitrove disceptet, ut allatis rationum momentis et causa cognita sententia feratur.

Sed magna hic adhibenda cautio est, ne, dum futili indulgemus loquacitati, aut inanem eruditionis gloriolam aucupamur, inutiles easdemque fastidiosas nectamus moras: qua culpa vix ulla major in ejusmodi opere admitti potest. Procul ergo verbosas argumentationes et ambitiosam doctrinæ ostentationem relegemus, semperque auctoris nostri premamus vestigia, et ab iis abscedere nefas esse ducamus.

Hinc temperandum quoque erit a refellendis priorum interpretum erroribus, nisi periculum sit, ne aut magna errantium auctoritas, aut fallacia quidem, sed speciosa tamen et plausibilia argumenta, multis possint imponere. Alioquin ab his concertationibus omnino esse abstinendum videtur. Has quippe minime desiderat utilitas commoditasque lectoris, quam solam intueri debet interpres. Quid prodest ei qui Livium evolvere cupit, nosse quid in eo interpretando hic aut ille peccaverit? Pascunt hæc malevolentiam sæpe interpretis, qui crescere ex aliis in animo habet; lectorem retardant, vetantque ad destinatum finem recto cursu procedere.

Exemplis ea tueri, quæ quum alicujus momenti sint, non

omnibus statim clara indubitataque videri debeant, perutile esse supra diximus. Sed hic quoque tamen tenendus modus est, nec odiosa eorum turba, ubi unum alterumve satis est, lector onerandus. Hoc non semper effugit doctissimus ille J. Fr. Gronovius, cui quum multiplex lectio, et felicissima memoria, numerosam in singulas prope voces locutionesque eruditionis et observationum supellectilem suppeditarent, in rebus sæpe, aut minutis, aut evidentissimis, ingentem usque et usque in notas congerit exemplorum copiam. In quo hoc etiam incommodi est, quod numerantur interdum ea, non ponderantur; dumque magna illorum cogitur manus, aliena sæpe obtruduntur, nec quidquam ad eam rem de qua agitur pertinentia. Quod ne immerito objicere summo viro videamur, aliquot hic ejus notas, quæ duplici hoc vitio laborant, liberet exscribere, nisi brevitati consultum vellemus. Sufficiat quasdam indicare, velut lib. Livii I, pag. 110, not. 3, et pag. 112, not. 2; lib. XXIX, p. 868, n. 3, et lib. XXXVIII, p. 498, n. 2. Earum quidem quæ etsi aptis exemplis, sin modo tamen cumulatis redundant, ingens se ubique num rus offert ob oculos. Ergo sobrius sit circa exempla interpre et in eligendis cautus, ut et pauca apponat, et ea quæ re proprie tangant.

De variis lectionibus, sive illæ ex antiquis editioni sive ex scriptis codicibus depromptæ fuerint; sive illa nissime mendosæ sint, sive aliquam sanitatis speciem ferant, veremur ne doctissimi quique a nobis dissentia eas a notis plerumque ablegandas esse statuerimus. tamen nobis eas rationes quibus adducti ita cer ingenue ac simpliciter exponere.

Ac primo quidem, qui variantes illas lectiones velut fasciculum conjectas ad totius libri calcem a eorum operam grato animo accipiendam esse no rimus, si modo in ea sint cum fide judicioque quippe inita ratione, nec perit ea utilitas quæ e potest, et occurritur fastidio, quum ad eas ne nisi cui libitum fuerit.

Deinde etiam ubi ex déformatæ, quod sæpe fit, antiquæ scripturæ vestigiis, per sagacem conjecturam vera lectio eruitur, hic quoque concedimus e fide esse interpretis lacinias illas, quibus velut gradibus ad verum perductus est, exhibere lectori, ut dignosci queat, quid vetus scriptura tulerit, quid ingenium emendatoris adstruxerit.

Sed in notas passim infercire denorum pluriumve codicum nomina, et trunca lacerarum vocum membra informesque reliquias subjicere semper oculis, id vero ingrati fastidii plenissimum est, et animosissimo etiam lectori nauseam excitaturum. Intelligunt quid loquar, ii qui Gronovium in manus sumpsere. Si quibus minus notus est, legant hanc ejus notam lib. Livii I, c. 18, in hæc verba, *uti tu signa nobis certa adclarassis*, quorum loco olim legebatur, *ut tua signa nobis certa et clara sint.* « *Hærebam,* inquit ille, *ambiguus* « *in Sigonii* acclarassent, *Modii,* uti tu acclarassis, *donec e* « *Flor. notatum vidi:* uti tu signa nobis certa adclarissis : *et* « *idem, quod voluit Modius, prorsus e suis annotasse Muretum.* « *Vossianus;* uti tu signa nobis certa acclaras sint. *Helm.* uti « tu signa nobis certa ac clara sis. *Chiffl.* uti tu signa nobis « certa adclarassis. *Rott.* uti tu signa nobis certa adclara sis, « *sic ut satis appareat fuisse* adclarassis, *et priorem* s *erasam.* « *Gud.* uti tu signa certa acclarasis. *Nihil igitur dubitandum* « *ultra, etc.* »

Hæc, qualia multa apud Gronovium ubique occurrunt, injucunda, et invenusta esse, et ejusmodi quæ plurimorum corrugent nares, nemo, opinor, negaverit : atque adeo hoc illis alioquin eximiis notis incommodi accidit, quo nullum gravius esse potest, ut parum legantur; plerique eas tanquam vepribus spinisque obsitum solum fugiant et abhorreant. At si vir doctissimus allata ex Chiffletiano codice germana, quam amplectitur, scriptura, cæteros quoque suos codices solummodo testatus esset eodem alludere, nec deerat emendationi auctoritas, et aberat tædium.

Omnino in hanc coacervandarum variantium lectionum

diligentiam id cadere existimamus, quod clarissimus prudentissimusque historiæ Ecclesiasticæ apud nos scriptor, cujus calamus sensu tinctus ipsa semper videtur rectæ rationis dictata reddere, in præfatione eximii operis verissime elegantissimeque disputavit, de minime inserendis in historiam criticis disceptationibus. « Exstructo, inquit, ædificio, et ad « culmen perducto, jam machinæ, tollenones, fulcra, et « evectæ in altum temporariæ contabulationes tolluntur, quod « scilicet hæc jam et usum operis impeditura sint, et adspe- « ctum deformatura. » Eadem plane harum discrepantium in variis codicibus lectionum ratio est, quæ ab interprete ad concinnandum commentarium adhibendæ sunt, absoluto removendæ.

Hanc tamen adhuc exceptionem apposuerimus, id ita ser vandum, nisi ea mens interpretis fuerit, ut eorum qui poste novam ejusdem scriptoris editionem adornaturi sunt, alle tur labor. Qui enim tale munus suscepturi sunt, iis nunqu nimium cognita et perspecta esse possunt, quæ ad illud p tinent : et quandoquidem duram hanc provinciam cep cunctæ illis, quæ ad eam recte administrandam neces sunt, molestiæ devorandæ. Nos quidem mirum in m illa Gronovii, et post eum Hearnii sedulitate adjuto libenti animo profitemur. Sed et tum quoque parti quamdam instituti magis placeret, ut quæ lectoribus c utilia futura sunt, ea in promptu essent, conte ipsum comitarentur; quæ ab iis tantum desiderar in intimam auctoris cognitionem descendere cu omnia vel minutissima consectari, ea alio, puta voluminis, rejicerentur.

Nunc ergo si quis ex nobis quærat, quid i notas, quas tanti facimus, non hac in editione integras, addituri si quid opus esse visum fore bimus eas, quamvis et doctrina refertissimæ, et Livii mente plerumque accuratissimæ, et proin sint, non tamen ex iis legibus esse concinn

1491. *Veneta* II, fol. cum annotationibus *Sabellici.* Hanc ed. ex Fabricii Bibl. Lat. memorat Maittair. in Ann. Typogr. tom I, p. 309. Sed tom. IV, p. 532 addit, ad ejus calcem hanc formulam adjectam esse: *Impress. die V Novembris MCCCCLXXXXI, regnante Augustino Barbadico duce Venetiarum.* Cujus vero typis excusa fuerit, neutro loco memoratur. Ipse Sabellicus in præfatione refert, se Livium ad vetustum exemplar, ex bibliotheca Benedicti *Cornarii* Patricii Veneti depromptum, contulisse, petente Bernardino *Herasmio* Novocomensi, homine fide et industria singulari, ut clarissimam historiam aliquanto integriorem novæ impressioni subjiceret. Verum licet plures circa annum hunc typographi Bernardini Venetiis floruerint, nullus tamen memoratur Bernardinus Herasmius Novocomensis. Habuit hanc ed. quoque Chr. Gottl. Schwarzius, teste indice librorum sæc.

XV impressorum, quos possidet Ch. G. Schw. concinnato a J. C. H. et J. P. R. Norimb. 1727. Part. II, pag. 38.

1492. *Veneta*, fol. Hæc edit. ex Bibl. Adr. Pauw recensetur apud Maittair. in Annal. Typogr. tom. I, p. 314, et tom. IV, p. 545. Suspicio tamen est, hanc et præcedentem eamdem esse, earumque alteram, et quidem hanc, ex solo operarum errore natam esse.

1493. *Veneta* III, fol. per Matthæum *Capcasa* Parmensem. Memorat hanc edit. Maittairius in Annal. Typogr. tom. V, part. II, pag. 23 ex Orland. pag. 418.

1495. *Mediolan.* III, fol. per *Uldericum Scinzenzeller*, impensis Alexandri *Minutiani*. Editionem hanc memorans Maittairius in Annal. Typogr. tom. I, pag. 332, et tom. IV, pag. 590, testatur, ad finem ejus hæc verba legi: « Impressit Uldericus Scinzenzeller, impensis Alexandri Minutiani; ex quam emendato exemplari, si cum cæteris conferes, quam facillime intelliges, candidissime lector; cui etiam librariorum culpam, quantum licuit, idem Alexander præstare conatus est, Mediolani pridie quam Lud. M. SF. Anglus princeps sapientissimus hujus inclyti imperii sceptrum et ducalia insignia a Maximiliano imperatore per legatum acciperet. Anno salutis MCCCCLXXXXV, die XXV Maii ».

.... *Veneta* IV, *Pincii* I, fol. cum figg. ligno satis nitide excusis. *T. Liv. Decades.* Præmittitur: 1° epistola nuncupatoria « Jo. Andreæ Episcopi Aleriensis ad summum Pont. Paulum II Venetum, et Marcum Sancti Marci Cardinalem; L. Flori epitoma Decadum quatuordecim T. Livii Patavini Historici in centum et quadraginta libros distincta »; accedunt « M. Antonii Sabellici ad magnificum et præstant. virum Benedictum Cornarium, Patricium Venetum, epistola præfatoria ». 2° « M. Antonii Sabellici brevissimæ in Livium annotationes, locis suo ordine aut in integrum restitutis,

aut in fronte, ne quid temere offenderetur, brevi indice relatis ». In fine : « Titi Livii Patavini Decades expliciunt. Venetiis per Philippum Pincium Mantuanum summa cura et diligenti studio impressæ. Anno ab Incarnatione Domini MCCCCXCV, III Nonas Novembris. Imperante Serenissimo Augustino Barbadico, Venetiarum Duce felicissimo ». Registrum excipiunt insignia typographica, quibus postea *Juntæ* usi sunt, lilium scil. et literæ L. A. vid. Maittairii Annal. typogr. t. I, pag. 333, et t. V, l. citt. Fabricii Bibl. Lat. Venet. 1728, in-4, et Ernestii edit. qui autem de Floro nullam facit mentionem. Liber XXXI, s. primus quartæ Decadis, qui in superioribus editionibus in duas partes scissus erat, in hac edit. in suum ordinem restitutus est, finiturque verbis : *in Hispania jussit.* Liber igitur XXXIII desideratur. Raritatem h. e. testantur Bauer. in biblioth. libr. rar. univers. tom. II, pag. 297; Biblioth. Schwartz. II, 236.

1498. *Veneta* V, fol. per *Bartholomæum de Zanis de Portesio.* Recensuit hanc editionem Maittairius in Annal. typogr. tom. I, pag. 353, et tom. IV, pag. 662, addens, eam sine notis prodiisse. Hoc falsum : nam exemplar in biblioth. Trajectina servatum Sabellici annotationes habet repetitas. Ad calcem h. e. hæc adscribuntur verba : « Titi Livii Patavini Decades expliciunt, Venetiis per Bartholomæum de Zanis de Portesio summa cura et diligenti studio impressæ. Anno ab Incarnatione Domini 1498, die XX Junii ».

1501. *Veneta* VI, fol. per *Georgium de Rusconibus* Mediolanensem. In fine : « Titi Livii Patavini Decades expliciunt, Venetiis per Georgium de Rusconibus Mediolanensem summa cura et diligenti studio impressæ, anno ab Incarnatione Domini 1501, die 4 Decembris ». Exstat in locupletissima bibl. Leidensi, in Catal. Bibl. clar. J. Aug. Ernesti, Lips. 1782, p. 173, n. 2567; atque eadem continet, quæ ambæ præcedentes.

rendam esse ad annum MDV; ac verisin
esse Mediolani. In ea enim urbe Minuti
riam etiam sæculo præcedente exeunte e
in editionem Livii, quæ anno MCCCCXC
contulit, ut supra vidimus. Ipse etiar
ineunte ibidem varios libros typis imp
Justinum (vid. Maittairii Annal. typogr.
anno MDIII Bernardi Corii Historiam M
Maittairium ibid. pag. 163 et 165); ann
opera latine, et Hegesippum (vid. Mait
Livium hunc a se editum Minutianus ded
rolo Jurisconsultissimo, Delphinatus ac M
tus Præsidi sapientissimo, testatus, « se n
eorum temeritatem, qui, ut scire videantu
ac emendare profitentur: sed quæ sibi aut
visa fuerunt, ea se intentata reliquisse, ut p
num aliqua vestigia vera et sincera lectio i
Verum ut pateat, quid de hoc sive editore
sentiendum sit, adscribamus locum ex P
qua Commentarium in Claudiani libros de
eidem Jaffredo Carolo dedicat. Ita inquit
nobis blandiamur) hodie, non est Horat
parere...

existimationi tuæ, quam mihi, fecit injuriam : quasi vero divinus tuus animus interceptis gaudeat rebus, et in hoc etiam Superos non imitetur, quibus (ut Porphyrius auctor est) furta non litant. Ego, vir integerrime, triennio jam Livii bellum Macedonicum, frequenti professus auditorio, singulis lectionibus emendavi, quod ante nos (absit verbo invidia) nemo tentavit : ostendique certissimis argumentis, ab eo, quam dixi, Decada depravatam locis amplius mille. Veritus itaque, ne sua laniena per nos in publicum proderetur, editione prævenire festinavit : eamque rem dissimulanter me laturum speravit, si sub umbra tui nominis emitterentur : ac si non eadem gratiora tibi futura sint a proprio justoque domino, quam ab inverecundo plagiario. Quum præsertim nusquam ille potuerit afferre correctionis alienæ rationem, quod nos inter legendum fecimus, quæ propediem sub tuis auspiciis exibit in publicum, sex in toto Livio vulnerum millibus a me curatis, aut splenio contectis. »

1506. *Veneta* VII, fol. per fratres Joannem et Bernardinum Vercellenses, c. Sabellici annotationibus (omissa tamen ejus ad Cornarium præfatione). In fine hæc leguntur : « Titi Livii Patavini Decades expliciunt, Venetiis per Joannem ac Bernardinum ejus fratrem Vercellenses summa cura et diligenti studio impressæ, anno Domini MCCCCCVI, XXVII Nonas Januarii imperante Serenissimo Leonardo Lauridano, Venetiarum duce felicissimo ». Cf. Maittair. Annal. typogr. tom. V, part. II, pag. 21.

1510. *Ascensiana* I, fol. impensis Jo. *Parvi* et *Ascensii.* Præfixa est huic edit. Jodoci Badii Ascensii epistola ad Georgium Aloinum, hanc temporis notam præferens : « Ex Chalcographia nostra apud Parrhisios, pridie annuntiationis atque incarnationis dominicæ MDX ». Præterea Sabellici in Livium Annotationes, deficiente tamen ejus ad Cornarium præfatione, tum ipsius Badii Ascensii in Livianam lectionem Isagogen cum proœmii primi expositione. Ad cal-

cem hæc verba reperiuntur : « Diligentiore cura, in ædibus Ascensianis, in illustri Parrhisiorum Academia, impensis Joannis Parvi et ipsius Ascensii. Anno salutis Christianæ MDX ad Idus Martias ». Vid. Maittair. Annal. typogr. tom. II, pag. 216, et Freytag. Apparat. liter. III, pag. 616 sqq. ubi hæc editio uberius describitur.

1511. *Veneta* VIII, *Pincii* II, fol. *T. Livii Patavini Decades cum figuris noviter expressæ.* Adversam tituli paginam occupare incipit « Jo. An. Episcopi Aleriensis ad summum Pont. Paulum II Venetum, et Marcum Sancti Marci Cardinalem epistola »: quam sequitur *L. Flori Epitoma* Decadum XIV T. Livii in CXL libros distinctum fol. II, b-XVI incl. et a fol. XVII-XX incl. *M. An. Sabellici brevissimæ in Livium Annotationes*, etc. Finitur ipsa Liviana historia fol. CCLIII b his verbis : «T. Livii decades fœliciter (*sic*) expliciunt : Venetiis a Philippo *Pincio* Mantuano impressæ Anno Domini MCCCCCXI die XXVII Septembris. Inclyti Domini Leonardi Lauredani Venetiarum Ducis Serenissimi tempestate ». Registrum « Defende nos beate pater Antoni ». Hæc editio a Maittairio in Annal. omissa servatur in bibl. publica Amstelodamensi, et Gymn. Bipontini, cui eam addidit vener. Jo. Christianus *Tatsch*, consiliarius et eccl. A. C. pastor primarius.

. . . s. l. et a. 2 voll. in-8. Editio exscripta literis currentibus, quales fuere Aldinæ, cum Augustini *Becharii* alloquio ad studiosos. Fuit penes clar. Jo. Aug. *Ernesti*, teste Catal. n. 2860, p. 190. Male vulgo fertur apud Badium Ascensium edita, quum potius Venetiis prodiisse videatur; conf. quæ monuimus ad Justini ed. 1510 in Indice ejus edd. pag. 16. Ernestius in Bibl. Fabr. inter Livii edd. eam memorans inquit : « quam Parisiensem Ascensii faciunt et assignant vel anno 1501, ut Jo. Frid. Gronovius, vel 1511, ut Drakenborchius ; sed forma literarum est, quam *cursivam* dicunt,

quæ an. 1501 nondum nota extra Italiam fuit (vid. edd. Virgilii) estque ipsa talis, qualis est in ed. Quintiliani per Jo. Rossellum, et Plauti per Carpentarium, qui Lugduni artem typographicam exercuit ».

1513. *Ascensiana* II, cum L. Flori in omnes libros epitome recognita et annot. M. Ant. Sabellici, fol. Titulus præfert signum Jo. *Parvi*, quem Jod. *Badius* Ascensius socium sibi sumpserat; nempe duo leones, scutum lilio et literis J. P. inscriptum sustinentes, adjecto subtus nomine ejus *JEHANN PETIT*. Sub signo leguntur hæc verba: « Venundantur ab Johanne Parvo et Jodoco Badio Ascensio ». In hac editione, quam etiam Maittairius in Annal typograph. omisisse videtur, continentur eadem omnia, quæ in antea memorata an. MDX exstabant; ita tamen, ut Ascensii in Livianam lectionem Isagoge auctior prodierit, et insuper addatur vocabulorum Livianorum compendiaria explanatio. Præterea, contextum Livianum cum decem diversæ monetæ aut scripturæ codicibus (per Gerhardum Vercellensem Burgundum) collatum esse, nova Ascensii præfatio priori subjecta docet, quæ hanc notam chronologicam præfert: *Pridie natalis Dominici MDXIII*. In calce libri hæc formula adscripta reperitur: « Ex ædibus Ascensianis longe accuratiore, quam pridem, vigilantia, collato videlicet exemplari cum decem venerandæ vetustatis codicibus, et non oscitantis judicio recognito, atque plus quam sexcentis locis illustrato, in illustri Parrhisiorum Academia, impensis Johannis Parvi, et ipsius, qui impressit, Ascensii, anno redemptionis humanæ MDXIII ad Nonas Decembres ». Vid. Catal. Bibl. Bunav. t. I, vol. I, p. 296.

1516. Ascensiana eadem recusa ab Gotfrido *Hittorpio*, (cive et typographo Coloniensi). Quæ editio, a Maittairio in Annalibus typogaphicis non recensita, quum eadem omnia exhibet, quæ Ascensiana Parisina II, eique

quam simillima est, adeo ut utraque totidem foliis absolvatur (absolvitur autem hæc III foliis CCLXXX), tamen a priori differt. Ipsa hæc Coloniensis pro Parisina habetur Drakenborchio, Fabricio seu Ernestio, et Harlesio: sed falsi videntur; quod titulus ipse a Drakenborchio descriptus, et ratio vocum in Parisinis Ascensii omnibus literis exaratarum per compendia scribendi prodit. Titulus præfert enim binos leones, scutum bipartitum sustinentes, in cujus superiori parte conspiciuntur tres coronæ, æquali ordine aliæ ad latus aliarum dispositæ, pars autem inferior pellis murinæ imaginem imitatur, addito subtus nomine LODOVICUS HORNKEN. Infra legitur: « Vænundantur ab Gotfrido Hittorpio ». In fine libri: « Ex Ædibus Ascensianis longe accuratiore quam pridem vigilantia: collato videlicet exemplari cum decem venerandæ vetustatis codicibus: et non oscitantis judicio recognito: atque plus quam sexcentis locis illustrato: in illustri Parrhisiorum Academia: rursus opera et accuratione Ascensiana: Anno redemptionis humanæ MDXVI ad nonas Junias »; conf. Catal. Bibl. Bunav. t. I, vol. I, p. 296. Godofr. enim *Hittorpius*, quod omnibus notum est, Coloniæ librariam rem docte exercuit; Lodovicus vero *Hornken*, cujus insigne in titulo expressum est, bibliopola tum fuit celebris, cujus sumptibus etiam an. 1519 A. Gellius Basileæ apud Andr. Cratandrum excusus est; uti an. 1526 idem Gellius sumptu et ære Godfr. Hittorpii ab Euch. Cervicorno repetitus est. Socii igitur tum fuisse videntur L. Hornken, et G. Hittorp, qui infra ad an. 1528 redibit. Est hujus edd. exemplum sine titulo penes G. C. *Crollium;* unde ordinem edendi huc transcribere lubet: Post folium titulo inscriptum (quod deest), I, *Tabula Alphabetica. Rerum et verborum accuratione. M. Ant. Sabellici in marginibus sequentis operis annotatorum, et industria Ascensiana auctorum index serie alphabetica ab Ascensio recentius recollectus*, fol. 2-7 (a). II, Jod. *Badii* Ascensii in Livianam lectionem Isagoge: cum procemii primi expositione

ante ipsam ponenda: 1° Regulæ T. Livio observatæ; 2° Vocabulorum Livianorum explanatio Ascens. (aa 5 foliis). III, Tabula in Epitomen L. Flori (bb 4 fol.). IV, Epitome L. Flori (bb-dd f. 7). V, T. Livii Decades, etc. cum marginalibus Sabellici.

1517. *Lipsiæ*, Primæ Decadis Livianæ lib. I, per Jac. *Thanner*, in-4. Memoratur in Sam. *Engelii* Bibl. selectissima, Bernæ 1743 edita, p. 44.

1518. Lipsiensem L. I Dec. I edit. et quidem juventuti dicatam in-4, alii ad hunc annum referunt.

ÆTAS II. *MOGUNTINA*.

1518-1531.

Quamvis enim Ascensianam sequutæ sint maxime Parisinæ, laus tamen prima manet Moguntinæ, quæ ex Cod. Bibl. Mog. præstantissimo lib. XXXIII et XL explevit, et ex eodem varietatem lectionis in XL libros a Nic. *Carbachio* excerptam habet; unde profecere *Aldinæ*, curante Asulano, et Aldinarum simia, *Juntina*. Laudabilis vero etiam fuit cura ab Jac. *Sobio* in Livium collata, qui non solum hac ætate Coloniensibus edd. ornamenta attulit, sed et sequenti ætati bene præivit.

1518 et 1519. *Moguntiæ*, fol. Titus Livius Patavinus historicus, duobus libris auctus, cum L. Flori epitome, indice copioso et annotatis in libros VII, belli Macedonici. Cum privilegio Decennii. In fine: « Moguntiæ in ædibus Joannis Scheffer, mense Novembri anno MDXVIII ». Præmissum est Imperatoris Maximiliani privilegium, datum *die nona mensis Decembris an. MDXVIII* (quod typis renovandum curavit Jo. *Beckmann in Beytrægen zur Geschichte der Erfindungen, Gœtting.* et Lipsiæ, part. I, 1780, ubi

p. 85-94 de privilegiis agit). Privilegium sequitur primo Ulrichi *Hutteni* equitis Præfatio ad Albertum Brandenburgensem, Cardinalem, Archiepiscopum Moguntinum et Magdeburgensem, principem Electorem; tum Erasmi data VII Kal. Mart. an. MDXIX ad Misobarbaros atque eosdem Philomusos Præfatio. Post indicem deinde in Livium ejusque epitomas, et consules in Livio et epitomis occurrentes, ordine Chronologico dispositos, sequuntur epitomæ Livianæ, et ipsius Livii contextus. Admodum autem memorabilis est hæc editio, quia prima omnium exhibuit maximam partem libri XXXIII, a cap. 17, § 6, usque ad libri istius finem, qui integer antea pro deperdito habitus est, et ultimam partem lib. XL, a cap. 37, § 3, usque ad finem: quæ operis Liviani particulæ in lucem protractæ sunt ex bibliothecæ Moguntinæ, quæ est in æde maxima ac metropolitana (divi Martini) perquam vetusto codice, characteribus Longobardicis in membrana scripto. Quum autem codex ille, omnium hujus partis præstantissimus, qui partem lib. XXXIII ultimam et libros sequentes usque ad finem libri XL continebat, passim a vulgata priorum editionum lectione diversus abiret, Nicolaus *Carbachius* eum dignum censuit, quem diligenter cum olim excusis committeret, ejusque excerptas variantes, quarum 2000 notavit, huic Livii editioni subjiceret, præmissa præfatione, Idibus Mart. an. MDXIX data, qua consilii rationem reddidit. Eo autem facto optime de Livio meritus est, atque hunc thesaurum, aut certe ejus partem nobis servavit; qui utrum hodie adhuc supersit, aut ubi lateat, incertum est. Idem Carbachius cum Jac. Micyllo Livium germ. versum edidit an. 1533 Moguntiæ apud eumdem Jo. Schefferum. De præstantia et raritate hujus editionis vide Maittairii Annal. typogr. t. II, pag. 333, 334; t. V, part. I, voce *Flori;* Bunemanni Catal. MSS et libror. rarissimor. Mindæ, 1732, in-8, p. 31 sqq. Fabricii Bibl. Lat. Venet. 1728, t. I, p. 195-196, et Ernestii edit. t. I, p. 282; *Hamberger zuverlæss. Nachr.* t. I, pag. 532; Harlesii Introd. in

Notit. Literat. Romanæ, t. II, pag. 417; *Harvood's Uebersicht verschiedener Ausgaben der griechischen und Ræmischen Classiker, übersezt von Fr. Carl. Alter, Wien* 1778; Biblioth. Schwarz. I, 105; Bauer. Biblioth. libr. rar. univers. t. II, pag. 297; Catal. Bibl. Uffenbach. t. II, append. p. 105, 106; *Catalogue de la Biblioth. de feu M. le Duc de la Vallière*, Part. I, n. 4859, *et Prix des livres*, etc. n. 4859.

1518, 1521, 1533. *Aldina* I, 5 voll. in-8. *Ex XIV Titi Livii Decadibus, Prima, Tertia, Quarta, in qua præter fragmenta III, et X Libri, quæ in Germania nuper reperta, hic etiam continentur, multa adulterina expunximus, multa vera recepimus, quæ in aliis non habentur. Epitome singulorum librorum XIV Decadum. Historia omnium XIV Decadum in compendium redacta ab L. Floro. Polybii lib. V de rebus Romanis latinitate donati a Nicolao Perotto. Index copiosissimus rerum omnium memorabilium. Ne quis alius, aut usquam locorum Venetæ ditionis impune hos libros imprimat, Senatus Veneti decreto cautum est.* Præmisso hoc titulo, volumen primum exhibet *Francisci Asulani* (vel potius Francisci *Torrisani* seu *Turresani* de *Asula*, Aldi affinis) *Epistolam ad lectores, Inscriptiones II Patavii repertas, Elenchum Regum, Dictatorum, Coss.* etc. *et aliorum quæ hac I Decade continentur. Indicem rerum omnium vel scitu opportunarum vel lectu dignarum, quæ prima hac continentur Decade*, etc. Inde sequitur novus titulus: *Titi Livii Patavini Decas Prima. Francisci epistola ad Andream Naugerium, Patricium Venetum.* Hanc epist. sequuntur *decem libri primæ Decadis, Errata, Registrum*, seu series plagularum. In fine: *Venetiis in ædibus Aldi et Andreæ (Torresani* seu *Turresani* de *Asula) Soceri, Mense Decembri MDXVIII.* Volumen II præ se fert titulum: *Index Decadis tertiæ: Syllabus Dictatorum, Consulum*, etc. *Index rerum omnium vel scitu opportunarum* (ut supra), *Decem libri Decadis tertiæ*, quibus præmissus est titulus: *Titi Livii De-*

cas tertia. Hunc excipit *Epistola Francisci Asulani ad Jo. Baptistam Rhamnusium.* In fine sequuntur *Errata*, *Registrum*, et subscriptio: *Venetiis in ædibus Aldi et Andreæ Soceri. Mense Februario MDXIX.* Volumen III inscribitur: *Index Decadis quartæ.* Subjicitur *Syllabus Dictorum et Index rerum memorabilium* (ut supra). Tum sequitur novus titulus: *Titi Livii Patavini Decas quarta, Francisci Asulani ad Jo. Baptistam Turrianum Patricium Veronensem epistola,* quam excipiunt *Libri X* hujus Decadis (ut in editione Moguntina), et Registrum. In fine: *Venetiis in ædibus Aldi et Andreæ Soceri, mense Novembri MDXX.* Voluminis quarti titulus est: *Titi Livii Patavini Decadum Epitomæ. Lucius Florus.* Sequuntur: Epitomata. Inde alius titulus: *Lucius Florus.* Hunc excipit *Francisci Asulani ad Raymundum Turrianum Patricium Veronensem epistola*, et ipsius *Flori* textus. Pagina 69 novus titulus occurrit: *Polybii historiarum libri quinque in Latinam conversi linguam, Nicolao Perotto interprete.* Versionem ipsam præcedunt *Francisci Asulani epist. ad lectorem et Nicolai Perotti in Polybii historiarum libros proœmium ad L. Pont. Max.* In fine voluminis separato folio exstat Registrum et subscriptio: *Venetiis in ædibus Aldi et Andreæ Soceri. Mense Martio MDXXI.* Volumen V seu appendix hujus editionis. Titulus: *Titi Livii Patavini Decadis quintæ libri quinque* (scil. lib. XLI-XLV). Inde sequuntur *epitomata et textus Livianus*, Syllabus *Prætorum, Consulum*, etc. Index rerum, Registrum. In fine: *Venetiis in ædibus Hæredum Aldi Manutii Romani et Andreæ Asulani Soceri, mense Maio MDXXXIII.* Raritatem editionis hujus præstantis variorum eruditorum, qui eam commemoravere, satis probant errores, nec non bibliothecarum Catalogi, in quibus rarissime integra invenitur. Ex supra dictis, uti ex Catalogo Crevennianæ Bibliothecæ, in quo de hac edit. perquam diligenter disseritur, indice Drakenborchiano, et Ernesti editione Bibliothecæ Fabricianæ corrigi possunt Maittairius, Fabricius, Debure, Harwood,

Alter, Pinelli, Jagemann, Bauer, etc. Vid. *Catalogue*, etc. *de M. Crevenna*, t. V, pag. 127, 128; Ernestii edit. Fabricianæ Bibl. Lat. t. I, p. 282; Maittairii Annal. typogr. t. II, pag. 316, 335, 598, 613, 787, et t. V, part. I, pag. 404, t. V, part. II, p. 22; Fabricii Bibl. Lat. Venet. 1728, t. I, p. 196; Debure, *Bibliographie instructive*, n. 4806; *Harwood, a View of the Greek and Roman Classics*, etc. *the second edition corrected London* 1778, p. 182; *Harwoods Uebersicht verschiedener Ausgaben, übersezt von Fr. Carl. Alter. Wien* 1778, p. 250; *Pinelli, Prospetto di varie edizioni*, etc. Venet. 1780, p. 209; *Jagemanns Geschichte der freyen Künste und Wissenschaften in Italien. Leipzig*, 1777, t. I, p. 343; *Hieron. Tiraboschi, Storia della Letteratura Italiana. Modena*, 1772, t. I, pag. 313; Baueri Biblioth. libror. rar. univers. t. II, pag. 298.

1520. *Venet.* fol. Memorat hanc Maittairius in Ann. typogr. t. II, p. 598, eamque excusam esse dicit per Melchiorem *Sessam* et Petrum de *Ravanis* socios, die III Maii. Sed neque Hearnius, neque Clericus, hanc memorat.

1521. *Aldina* II, Venetiis, fol. apud Aldum. Recensent hanc editionem Hearnius et Clericus, Gesneri Catalogus librorum qui in officina Aldi Manutii Venetiis excusi sunt; t. III Annal. typogr. inseruit Maittairius, in quo p. 245 memorantur Livii omnia, accurate denuo impressa, in folio (1521). Occurrit etiam in Catal. Henr. Hadr. *van der Marck*, p. 21, inter editiones Aldinas fol. ubi tamen et alia an. 1520 edita memoratur, parum curate. Nos inde et ex Indice librorum ex typograph. Aldina editorum, quos possidebat Chr. Gottl. Schwarz, Prof. Altorf. an. 1725 (etiam inserto Frid. Jac. Beyschlagii Syllogæ variorum opusculorum, t. I, fasc. III, n. X, pag. 663), titulum ed. hujus pleniorem damus: « T. Livii Decas prima, tertia, quarta, cujus tertio libro prima pars, quæ desiderabatur, et decimo, quicquid fere

in calce non habebamus, additum est, verum præter hæc veluti fragmenta quartæ Decadi adjuncta. Duplex epitome, quarum altera per singulos XIIII decadum libros summatim explicantur, quæ in illis continebantur; altera est L. Flori qui omnem historiam ex T. Livio excerpsit. Polybii L. V de rebus Romanis in Latinum traducti a Nicolao Peroto, quos in locum secundæ Decadæ substituimus, quia multa in illis leguntur, quæ secunda Decade continebantur. Index copiosissimus rerum magis memorabilium. Venetiis in ædibus Aldi et Andreæ Soceri. MDXXI ». Præfatio hujus editionis habet plura ad typographicam illorum temporum rationem pertinentia, ut propterea lectu digna sit, inprimis querelas de Juntis, qui et ipsi edidere Livium ex Aldina.

1522 et 1523. *Juntina*, Florent. in-8, *apud hæredes Philippi Juntæ.* Hanc editionem habuit et consuluit J. Fr. Gronovius, qui in Præfatione testatur, eam per Aldina vestigia incessisse, carmine etiam in laudem Asulani præposito. Eamdem recensuit etiam Maittairius in Annal. typogr. tom. V, part. II, pag. 22, qui docet, singulis tomis, Decadas I, III et IV, continentibus, ad calcem adjectam esse hanc formulam : « Florentiæ per hæredes Philippi Juntæ MDXXII, septimo Idus Augusti ». Postea vero repertos quintæ Decadis priores quinque libros, sive eorum fragmenta, itidem ex Juntarum officina prodiisse, hac subscriptione ad finem addita : « impress. Florentiæ in ædibus Bernardi Juntæ, anno XXXIII supra M. et D. duodecimo Kal. Maias ».

1525. *Colon.* fol. apud Joannem *Soterem*, cum Floro. Hujus edit. titulus testatur, Livii libros triginta, qui soli ex centum quadraginta supersunt, auctore Jacobo *Sobio*, castigatiores, quam antehac unquam visi sunt, prodire anno MDXXV, mense Septemb. Dedicatio Sobii subscriptas præfert *Kalendas Septembres an. Domini MDXXV.* Denique ad calcem hujus libri hæc verba adjecta exstant :

« Coloniæ apud Jo. Soterem, impensis honesti civis Petri Quentel anno MDXXV, mense Augusto ». Sobium, Livii editorem, laudans Sturmius in Epist. dedicator. ante tom. II Orat. Ciceronis dicit, Coloniæ literas floruisse, quum in ea Sobius aliique docerent, Sobium vero tunc vim morbi abstulisse. Editionem hanc Livianam, quam curavit Sobius, ut cæteris castigatiorem, laudat Rhenanus ad Livii lib. XXVII, cap. 16, § 10, et ad cap. 17, § 11. Ejus conjecturam, quam in contextum recepit, quamvis præter MSStorum auctoritatem, nihilominus ut ingeniosam prædicat Gruterus ad Livii lib. I, cap. 23, § 6. Perperam Fabricius in Bibl. Lat. editionem hanc Basileensem vocavit, dicens « Livium anno MDXXV Basileæ ex Jacobi Sobii castigatione prodiisse ».

1526. *Haganoæ*, in-4. T. Livii Patav. hist. Rom. Ex catal. Bibl. S. J. Mont. pag. 139.

1527. *Paris.* fol. ap. Pet. Vidovæum. Recenset hanc edit. Maittairius in Annal. typogr. tom. II, pag. 688, ac testatur, eam venundatam fuisse a Joanne Parvo bibliopola adscriptitio, impressam vero a Petro *Vidovæo* mense Aprili, MDXXVII.

1528. *Colon.* fol. ap. Euch. *Cervicornum.* Huic editioni locus, ubi prodiit, adscriptus non apparet, sed tantum excusa esse dicitur ab Euchar. Cervicorno. Eum vero chalcographiam et ante et post annum 1528 Coloniæ exercuisse, ibique varios libros Godefrido *Hittorpio*, civi et bibliopolæ Coloniensi, typis suis descripsisse constat. Maittairius nullam hujus edit. mentionem in Annal. typogr. facit, eam tamen memorarunt Fabricius in Bibl. Lat. et Hearnius ac Clericus in Indice editionum Livianarum. Eamdem tantum se vidisse, sed consulere non potuisse, Jac. Frid. Gronovius in Præfatione testatur. Præfat. h. edit. promittit textum castigatiorem, et est ille paululum diversus a superioribus,

1531. *Basil.* I, fol. in sex partes divisa. In front
In magnis impendiis, summisque laboribus dam
tor, *T. Livii* Patavini Latinæ historiæ principis
ctenus fuit æditum, (sic) sed aliquanto quam ante
ificentius, tum *emaculatius*. Accesserunt auten
cadis Libri quinque, *nunquam antehac æditi*, (sic
imus ex vetustissimo codice, cujus copiam n
ebre Monasterium Lorsense. Addita est Chronol
i *Glareani*, temporum supputationem, et pe
mina, in quibus antehac ingens erat confusio
nmonstrans. Adjunctus est et index copiosissimu
tor, favens illorum industriæ, qui nec sumptu n
terrentur a provehenda re literaria. Basileæ in
obeniana mense Martio anno CIↃIↃXXXI. Cautum
egio Cæsareæ Majestatis, ne quis intra sex a
Livii decadas, aut partem earum, intra Ro. imp
cudat, aut alibi excusas importet ». Hunc titulum
Des. Erasmi *Roterodami ad Carolum Montiojun*
ncupatoria (variis postea editionibus adjecta). Se
L. Flori Epitome Historiarum T. Livii Patav. (
). 2° *T. Livii Patav. Historiarum ab U. C. Decac*
bb. I-X, pagg. 244. Pars II. *T. Livii Patav. Dec*

libros typis suis Parisiis descripsit; hoc temporis charactere post libri XLV finem addito : « Sub prelo Ascensiano anno MDXXXI, mense Julio » : verum etiam Chronologiam Glareani, quæ in eadem editione Basileensi primum lucem adspexit, in ordinem literarum digessit, ac libro XLV subjecit, addita hac subscriptione : « Sub prælo Ascensiano ad Idus Julias anno MDXXXI ». Insuper hæc editio eadem omnia complectitur, quæ editiones priores Ascensianas annorum 1513 et 1516 continere antea suo loco diximus; nec quidquam novi boni habet.

ÆTAS III primo *BASILIENSIS* tum *ALDINA* et *FRANCOFURTENSIS*.

1531-1588.

Quæ ab an. 1531, nova Livio supplementa ex Cod. Laurishamensi attulit præfante Des. *Erasmo* Roterodamo, administrante Sim. *Grynæo*, unde edd. Basilienses Frobenianæ, Episcopianæ et Hervagianæ auctiores, ac simul, primo B. *Rhenani*, Sigism. *Gelenii*, Henr. *Glareani*, curis instructæ; dein etiam opera *Cælii Secundi Curionis*, qui textum denuo cum melioribus exemplaribus contulit, ab an. 1549 emendatiores, additisque porro variorum notis, ampliores. Profecere hinc etiam Venetæ, Parisinæ, Lugdunenses, maxime Gryphianæ, etiam *Glareani*, Theod. *Morelli* et Jo. *Velcurionis*, Jo. *Saxonii*, etc. vel emendd. vel notis adauctæ, unde rursus Basilienses evasere locupletiores. Sed hos mox superavit Carolus *Sigonius*, felicitate et emendandi et illustrandi Livii, quam Aldinæ ab an. 1555 tres suam fecere. Basiliensium (Grynæi et Curionis) et Lugdunensium Glareani, et Aldinarum cum Sigonii scholiis bona conjunxere tandem Francofurtenses Feyerabendinæ 1568 et 1578, ad quas ornandas etiam noviter contulere Joach. *Grellius* Chronologiam T. Li-

nsi, qui nunc est in Bibl. Aug. Vindobonensi, vi
ius in Comm. de illa Bibl. L. II, p. 493 sqq. qui o
lta adhuc ex eo corrigi posse. Cæterum de e
ssica videsis Præf. edit. Gronov. t. I, Amst. 167
a edd. Drakenborchii, repetitum in ed. Ernestii
. III; Fabricii Bibl. Lat. tom. I, pag. 283; Harl
d. in notit. Lit. Rom. II, pag. 421.

532. *Venet.* fol. ap. Lucam Antonium Juntam
. recensuit Maittairius in Annal. typogr. tom. II,
oc modo descripsit: « T. Livius; accesserunt De
i quinque, nunquam antehac editi, cum Chro
rici Glareani, in ædibus Lucæ Antonii Juntæ Flo
XXXII »; in initio additur, « mense Februario »;
e decima Januarii ».

532. *Paris.* in-8, ap. Sim. Colinæum prodierunt con
i cum not. Joach. *Perionii* Benedictini Cormœr
c edit. memorarunt Crenius Animadv. philol. e
III, pag. 32, Hulsii aliorumque Catalogi. Vid.
ttairii Annal. typograph. tom. V, part. II, pag. 2

532. Juntina (vid. an. 1522) aucta est volumine

Principis Decades tres cum dimidia, longe tamen quam nuper emaculatiores, quod nunc demum ad vetera contulerimus exemplaria, ubi quantum sit deprehensum mendorum, facile indicabunt doctissimæ in hunc auctorem Beati Rhenani et Sigismundi Gelenii adjunctæ annotationes. Addita est Chronologia Henrici Glareani, ab ipso recognita et aucta, cum Indice copioso. Basileæ in officina *Frobeniana* anno MDXXXV». In fine : « Basileæ in officina Frobeniana per Hieronymum *Frobenium* et Nicolaum Episcopium mense Decembri an. MDXXXIV ». Continet autem hæc edit. ferme eadem, quæ Frobeniana a. 1531, nisi quod in hac jam primum appareant B. *Rhenani* et Sigism. *Gelenii* in Livium notæ; et quod *Glareani* Chronologia, ab ipso recognita, auctior prodeat, a Troja capta usque ad Justinianum Cæsarem. Testatur insuper titulus h. l. historiam Livianam longe, quam nuper, emaculatiorem prodire, quod nunc demum ad vetera exemplaria collata sit.

. . . . s. l. et a. voll. III, in-8, Livius. Decas III, IV, V; it. Epitomæ historiarum Livii. Acc. Chronologia in omnem Romanam historiam per Henr. *Glareanum* et Gregor. *Haloandrum;* vid. Cat. libr. in Bibl. Gœtt. in duplo exstantium.

1537. Lugd. voll. IV, in-8, part. VII. « T. Liv. Patav. Latinæ historiæ principis Decas prima cum Epit. L. Flori antrorsum appositis : accuravimus Doct. quorumcumque virorum annotationes : subinde indicem adnectere placuit. Pari commoditate reliquas, quæ manifesto exstare creduntur, in omnium gratiam seorsim excusimus : id ante nos nemo unquam. Fruere feliciter. Lugduni apud Hæredes Simonis *Vincentii* MDXXXVII ». In fine : « Excudebant Lugduni Melchior et Gaspar *Trechsel* fratres 1536. Titi Livii Patavini Decas Tertia. Cum indice rerum magis insignium ad finem posito », ibid. eod. « T. Livii Patav. Decas Quarta cum Indice, etc. » ibid. eod. In fine: « Excudebant Lugduni Melchior et Gaspar Trechsel

fratres 1537. Titi Livii Patavini Decadis quintæ libri quinque. Index præterea appositus », ibid. eod. In fine, ut supra : « Titi Livii Patavini Decadum XIV Epitome », ibid. eod. In fine, ut supra : « Chronologia sive temporum supputatio in omnem Romanam Historiam a Troja capta ad millesimum ducentesimum octogesimum tertium ab Urbe condita annum, qua auctor ipse Livius, simulque Romana historia multum accepit lucis, per Henricum Glareanum P. L. » ibid. eod. In fine, ut supra : « Annotationes Beati Rhenani, et Sigismundi Gelenii, Doctiss. virorum, in exstantes Titi Livii libros », ibid. eod. Editio hæc satis nitida literis Italicis ad modum Seb. Gryphii excusa est. Annotationibus præmittitur Epistola *Erasmi Roterod.* ad Carolum Montiojum, data ap. Friburgum Brisg. Kalend. Martiis anno MDXXXI (ex edit. Basil. Frobeniana ejusdem anni). Alii ex una hac ed. male fecere duas, alteram Trechseliorum, alteram Sim. Vincentii.

1537. *Francofurti*, in-8. Hæc edit. memoratur in bibliothecæ Crenianæ Catalogo, pag. 68, forsan convenit cum seq.

1537. Livii orationes omnes e Libris de II bello Punico artificio dialectico et rhetorico illustravit Reinhardus *Lorichius Hadamarius*, etc. Francof. in-8. Cf. Crenium animadv. philol. et hist. P. VIII, p. 32.

1537. *Basil.* III, in-8, cum *Rhenani* et *Gelenii* notis et *Glareani* Chronologia. In hac, notante Fabricio, decimo libro subnotata hæc leguntur verba, quæ et alii viri docti in inscriptis Livii codicibus deprehenderunt : « Nicomachus Dexter V. C. emendavi ad exemplum parentis mei Clementiani. Victorianus V. C. emendabam Domnis Symachis ».

1538. *Paris.* in-4, ap. Vascosanum. In una bibl. Hulsiana tom. II. num. 5535, hæc edit. memorata invenitur, et ex

typographia Vascosani prodiisse et tres decades continere dicitur.

1539. *Basil.* IV, fol. ex officina Hervagiana. Editio hæc eadem continet, quæ Basileensis Frobeniana a. 1535. Vid. Catal. Bibl. Bun. Tom. I, vol. I, p. 296.

1540. Henr. *Loriti Glareani*, annotationes in Livii historiam Rom. cum chronologia in Rom. historiam *Vallæ*; acc. *Badii* elenchus et judicium de quibusdam locis apud Livium. Basil. fol.

1540. *Lugdunensis*, *Glareani*. Memoratur hæc edit. in Indice editionum Livianarum Hearnii et Clerici.

1541. *Venet.* fol. ap. hæredes Lucæ Antonii Juntæ. Repet. edit. a. 1532.

1541. *Paris.* in-8, ap. Sim. Colinæum. Editio nitidissima.

1542. *Lugd. Glareani* II, s. Gryphiana, IV voll. in-8, ap. Seb. Gryphium. Tres priores tomi continent superstites Livii libros : quartus *Glareani* notas, præmissa ejus ad Carolum V Imperatorem Præfatione, data *Friburgi Brisgoiæ, anno a Jesu Christi natali MDXL Kalend. Majis;* tum Laurentii Vallæ de Tarquiniis adversum Livium disputationes, ejusque emendationes ad sex libros priores Livii de bello Punico secundo; deinde Glareani Chronologiam per Jodocum Badium Ascensium in seriem literarum redactam; et ultimo loco ipsam Glareani Chronologiam auctam, cum Præfatione ad Ferdinandum Cæsarem, data *Friburgii Brisgoiæ, anno a Christo nato MDXL, Kalend. Septembribus.* Gesnerus in Pandectis lib. de Historiis duodecimo apud Maittairium in Annal. typogr. tom. II, pag. 572 refert, hac editione contineri Annotationes Beati Rhenani, Sigismundi Gelenii, Henrici Glareani. Editio exstat in Bibl. Trajectina : verum Rhenani et Gelenii Annotationes non adsunt,

1543. *Paris.* fol. ap. Mich. Vascosanum. Appositus quidem titulus testatur, Livium hunc prodiisse *Parisiis apud Audoenum Parvum sub Lilio aureo ad Divum Jacobum MDXLIII;* verum privilegium, ut Livius hoc modo imprimeretur, Senatus Parisiensis anno 1542 nono Kalend. Novemb. concessit *Michaeli Vascosano et Audoeno Parvo.* Titulus etiam, qui annotationibus adjunctis præmittitur, desinit hac formula : *Parisiis imprimebat Michael Vascosanus sibi et Odoino Parvo.* Unde colligo, editionem hanc excusam esse typis Vascosani, venditam autem fuisse partim ab eo, partim ab Odoino Parvo. Hæc autem editio non modo continet omnia, quæ præcedens Lugdunensis Gryphiana anni 1542 ; verum etiam Sabellici pauculas annotationes.

1543. *Basil.* V, fol. «Titi Livii Pat. Latinæ historiæ principis Decades tres cum dimidia, longe tamen quam nuper emaculatiores, quod nunc demum ad vetera contulerimus exemplaria, ubi quantum sit deprehensum mendorum, facile indicabunt doctissimæ in hunc auctorem Beati *Rhenani* et Sigismundi *Gelenii* adjunctæ annotationes. Addita est Chronologia Henrici *Glareani,* ab ipso recognita et aucta : cum gemino Indice, quorum alter, qui est Orationum hujus auctoris, jam primum accessit. Basileæ per Joan. *Hervagium.* Anno MDXLIII ». Ergo est repetitio ed. 1535. Præmittuntur Sig. Gelenii, Erasmi Roter. an. 1531, epistolæ dedicatoriæ, B. Rhenani et Sig. Gelenii annotationes, p. 1-65. Dein quum Flori epitome hist. Livii, tum Livii Decades I, III, IV. Alterum quasi tomum constituunt singulari hoc titulo : T. Livii Patavini historiarum ab U. C. Decadis V. *Libri V. Basileæ per Jo. Hervagium.* Claudit tomum : Chronologia ab Troja capta ad 1282 ab U. C. per Henr. Glareanum Basil. MDXLIII (alteram hujus Chronol. partem ab anno 773 Tib. Aug. IV, ad an. 1287, Justiniani IV, s. annum Chr. 537, ex Greg. *Haloandro* mutuatus erat). Index rerum et verborum est per Nic. *Episcopium* congestus. Servatur

hæc editio in Biblioth. Gymn. Bip. unde eam curatius descripsimus.

1544. *Argent.* in-8, prodierunt Jo. *Velcurionis* Notæ in Livii lib. I et II, quæ postea sæpius aliis editionibus insertæ sunt. Memoravit hanc editionem Fabricius in Bibl. Lat.

1545. *Lovanii.* in-8, lucem vidisse Notas Petri *Nannii* in Livii libr. III testatur Fabricius in Bibl. Lat.

1548. *Lugd.* IV voll. in-12, ap. Seb. Gryphium. Edit. Lugdunensem Gryphianam hujus ejusdem anni, sed in-8, memorant Hearnius et Clericus in Indice Editt. Livian.

1549. *Basil.* VI, fol. ap. Jo. Hervagium. Titulo hujus editionis illa adscripta est formula : *Basileæ per Joannem Hervagium, anno MDXLIX mense Martio*, quæ eadem ferme in fine libri occurrit. Recensuit hanc edit. *Cælius Secundus Curio*, qui in præfatione, data *Basileæ Kal. Jan. MDXLIX* affirmat, se Livium contulisse cum veteribus et novis aliquot melioribus exemplaribus, atque Livii ad ducenta loca emendasse et pristino restituisse nitori. Adjectæ sunt Rhenani ac Gelenii annotationes, et Glareani Chronologia. Perperam Hearnius et Clericus in Indice Editt. Livian. referunt, editionem hanc recensuisse Hervagium, qui eam tantum typis suis descripsit. Quod vero Drakenb. ad annum 1554, quo Frobeniano Curion. editio repetita est cum notis, ut in Fabricii Bibl. Lat. I, p. 284 traditur, L. Vallæ, Sabellici et *Curionis*, negat, Curionem ullas unquam *castigationes*, aut *notas in Livium* conscripsisse, in eo errasse videtur. Saltem in *Athenis Rauricis* pag. 292 dicitur Curio edidisse *in Livium notas et præfationem de mensuris, ponderibus reque nummaria Romanorum et Græcorum.* Basil. 1546, fol. Omittitur tamen ibi in catalogo scriptorum Curionis editio Livii.

1549. J. *Perionii* in omnes Livii conciones notæ. Basil. in-8, rep. ed. Colinæi Paris. 1532.

1552. *Paris.* fol. ap. Mich. Vascosanum. Maittairius in Annal. typogr. tom. III, p. 613 refert, Mich. Vascosanum hanc editionem dedicasse Jacobo Varadeo, in supremo Parisiensi Senatu regio consiliario, epistola data X Kal. Jun. MDLII. Prodiisse autem cum annotationibus diversorum, et in Glareani annotationum fronte legi, typis descriptam esse apud Mich. Vascosanum et Audoenum Parvum. Vascosanum tantum priorem edit. a. 1543 repetiisse, suspicatur Drakenb. et Ernest. affirmat in Fabricii Bibl. Lat. Hanckius jam antea in libro de Scriptt. rerum Rom. P. I, c. IX, p. 59, n. 6, Livium cum Vallæ emendd. Sabellici, Rhenani et Gelenii annott. Parisiis an. 1552 prodiisse retulit.

1553. *Lugdun.* fol. cum *Vallæ* emendd. *Sabellici*, *Velcurionis*, *Rhenani*, *Gelenii*, *Glareani* annotat. Theod. *Morelli* emendd. *Saxonii* scholiis. *Lugduni apud Antonium Vincentium MDLIII.* In ejus fine: *Lugduni, excudebat Johannes Frellonius MDLIII.*

1554. *Lugd.* voll. IV, in-8, ap. Seb. *Gryphium.* Hanc edit. memorat etiam Maittair. tom. V Annal. typogr. part. II, pag. 22, ex quo, ut et ex bibl. Henr. Hadr. *van der Mark*, Toparchæ in Leur, part. II, p. 59 constat, anno sequenti ibidem ex eadem officina, quasi hujus editionis appendicem, novum tomum prodiisse, continentem Rhenani, Gelenii, et Glareani in Livium annotationes. Sed Fabricius in Bibl. Lat. Gryphium eo anno in-8 excudisse refert notas Rhenani, Gelenii, Sabellici, Jo. Velcurionis et Jo. Saxonii, cum Chronologia Glareani.

1554. *Lugd.* voll. III, in-12, ap. Seb. *Gryphium.* Hæc editio recensetur etiam in modo laudata bibl. Marckiana, et ap. Fabric. in Bibl. Lat.

1554. *Basil.* VII, voll. IV, in-8, ap. Nic. *Episcopium* juniorem.

Idem Episcopius anno MDLVI, huic editioni, tamquam appendicem, adjecit tomum V, qui continet Scholia et Chronologiam *Sigonii.*

1554. *Basil.* VIII, voll. II, in-8, ap. Jo. *Hervagium*, cum notis et castigationibus *Vallæ*, *Sabellici* et *Cælii Secundi Curionis*. Vid. edit. a. 1549, et Maittairium in Annal. typogr. tom. V, part. II, pag. 22.

1555. *Basil.* IX, fol. per Joannes *Hervagios*. Hæc editio continet omnia, quæ viri docti ad Livii emendationem vel illustrationem hoc tempore in lucem emiserant; ita tamen, ut Vallæ, Sabellici, Rhenani, Gelenii et Theodorici *Morelli* in Livium Castigationes in ipsis annotationibus Glareani suis locis insertæ sint, atque editor, se illas, quas futiles et nullius momenti judicarat, inde rejecisse testatus fuerit, ne inutili labore lectorem gravaretur.

1555. *Aldina*, *Sigonii* I, fol. ap. *Paullum Manutium*, Aldi filium. Hæc editio prima exhibet egregia Caroli *Sigonii* scholia, quibus Livii historiæ et earum epitomæ partim emendantur, partim explanantur : ut et ejusdem Sigonii in eosdem libros Chronologiam, ipsorummet auctorum verbis confirmatam. Erravit itaque Hearnius, qui scholiis Sigonii Chronologiam Glareani junctam in hac et aliis Sigonii editionibus credidit, quem ejus errorem improvide adoptavit Jo. Clericus.

1556. *Sigonii* scholia in Livium prodiere Basileæ per Nic. Episcopium, in-8, tamquam V tomus s. appendix Basiliensis an. 1554 ap. eumdem, in-8.

1562. *Paris.* fol. ap. Mich. Vascosanum. Repetit. edit. a. 1543.

1566. *Aldina*, *Sigonii* II auctior, Venet. ap. Paul. Manu-

tium, Aldi filium, fol. In hac editione repetita sunt Sigonii scholia in Livium, ejusdemque, non vero, ut Hearnius et Clericus affirmant, Glareani Chronologia Liviana. In scholiis autem Sigonius multa mutavit, meliora sive sponte, sive a Faerno, Robortello, aliisque edoctus.

1568. *Francofurt.* I Feyerabendina s. *Godolevæi,* fol. « Titi Livii Pat. Rom. hist. principis Libri quotquot ad nostram ætatem pervenerunt: una cum doctissimorum Virorum in eos lucubrationibus, post omnes aliorum edd. summa fide ac diligentia et veterum et recentiorum collatione recogniti et artificiosis picturis, præcipuas historias apte repræsentantibus, exornati, inque duos tomos distributi, quibus quæ contineantur, post præfationem patebit. Francofurti ad Mænum MDLXVIII, cum gratia et privilegio Cæsaris ». In præfatione tomi I, Alberto Duci Bavariæ inscripta, Georgius Corvinus et Sigism. Feyerabend consilium historiæ Livianæ a se editæ sic exponunt: « Toties vero ea prelis Variorum excusa, ut exteri Veneti et Galli, cum nostris hominibus in hac edenda certasse videantur, nobis diligens accurataque circumspectio adhibenda fuit, ut eas rationes sequeremur, quibus nostra editio, si non ceteris melior ornatiorque, aliis tamen et bonitate et ornatu par esset. Ideoque omnium quotquot habere potuimus editionum exemplaribus collectis, lectionem quæ omnium emendatissima, ac Livianæ ubertati convenientissima videretur, imitati sumus, nihil in eo facientes, cujus ex diligenti exemplarium inter se collatione probabilis ratio lectori facillime apparere non queat. Deinde quum quam plurima apud hunc Authorem loca essent, quæ erudita enodatione ac diligenti illustratione indigerent, non solum ei, quæ antea doctorum virorum in eum vel Observationes vel Annotationes exierant, adjunximus: sed et cum variis in locis ab iis, quasique aliud agentibus, quam plurima ad sententiam Livii recte assequendam perquam utilia annotata, vel in adversaria relata perspiceremus, ea collecta

atque in unum veluti corpus redacta, tamquam novam accessionem ei adjecimus. Præcipuas historias eximiis picturis effingi, rerumque, quæ à Livio lacteo eloquentiæ fonte illustrantur, expressas imagines, vivamque effigiem eorum oculis subjici curavimus ». Præfationi subjunctus est Catalog. librorum, annotationum, emendationum, observationum, scholiorum aliorumque opusculorum, quæ in duobus hisce Livianis tomis continentur: PRIORE TOMO *Epist.* Erasmi *ad Car. Montiojum;* Sim. Grynæi, *de utilitate legendæ historiæ, præfatio;* Barthol. Marliani, *de Origine Urbis Romæ, caput;* Messalæ Corvini *libellus ad Octav. Aug. in quo Rom. historia ab exordio quam brevissime describitur;* Sexti Ruffi, *de hist. Romanorum brevis libellus;* Tabula *concionum atque orationum omnium T. Livii velut generis divisionem in species complectens, etc.* (*agnationes familiarum ex Comm.* Eliæ Veneti Santonis *in Eutropium scriptis, Scipionis Afr. II, Porcii Catonis, Octav. Cæs. German. Cæs.*); Cœlii Secundi *Curionis libellus de Mensuris, ponderibus reque nummaria Græcorum et Rom.* L. Flori *Epit. in singulos T. Livii libros; T. Livii libri omnes* (*c. figg.*); *Historiarum accuratissimus* Index; *Chronologia nova in T. Livii hist. accommodata ad tabulas Capitolinas Verrii Flacci* (*a Joach.* Grellio, *qui præfatus est Kal. Nov.* 1568); Franc. Robortelli, *de convenientia supputationis Livianæ ann. cum marmoribus Rom. quæ in Capitolio supersunt.* TOMO POSTERIORE (*cui et singularis titulus præfixus est cum nominibus auctorum*); Pomponii Læti, *de Antiqq. U. Rom. libellus;* Jo. Barthol. Marliani, *Antiquæ Romæ Topographia epit.* Pub. Victoris, *de U. Romæ regionibus et locis;* H. Loriti Glareani *Annott.* Car. Sigonii *scholia, quibus T. L. historiæ earumque epitomæ partim emendantur, partim etiam explanantur cum* Glareani *responsionibus;* ejusd. *Chronologia;* Laur. Vallæ *Judicium de quibusdam Livii locis, etc.* ejusd. *Emendationes in VI libros de bello Punico II;* M. Ant. Sabellici, B. Rhenani, Sig. Gelenii *doctissimæ annott.* Jo. Velcurionis *Introd. in universam Rom. hist.* Jo. Saxonii *Commentarioli*

duo ad L. XXI et XXII; Wilh. Godelevæi *in omnes libros Obss. doctissimæ ex variis auctorum scriptis collectæ*. Hæ vero quum in singulari suo titulo dicantur *nunc primum in lucem editæ*, et ipsa Godelevæi ep. Eusebio Episcopio, typographo Basil. inscripta sit *Midenæ d. XV Jan.* 1568, nihilque a Franc. *Modio*, qui anno demum 1586 advenit, in hanc ed. collatum, eam male inter edd. Modianæ recensionis vulgo referri, potiusque *Godelevæi* ob recens adjunctas obss. dici posse patet. Quin ipse scribit ad Episcopium, se hanc suam opellam ipsi, quippe cui Livii impressio ex Hervagiana hereditate delatam esse compererit, primo transmittere in animo habuisse. « Ceterum, *pergit,* quum Francofurtenses Typographos, viros optimos, studio rei literariæ juvandæ te in ea antevertisse cognovissem, quidquid hujus opellæ fuit, ipsis tradidi ». Unde simul colligimus, Godelevæi Obss. mendose ab aliis ad priores annos referri, ut in Indice Drakenborchiano ad an. 1551. Cæterum quis textum rexerit, aut id temporis a Sigism. Feyerabendio adhibitus sit corrector operarum typogr. nobis haud repertum; nisi is fuerit Joach. *Grellius*, Chronologiæ Livianæ auctor. Franc. certe Modium an. demum 1586 adhibere cœpit Sig. Feyerabendius, teste Melch. Adamio in Vita Modii inter Vitas Philos. edit. III, pag. 198. Servatur autem hæc edit. in Bibl. principali Bipontina.

1572. *Aldina* III, *Sigonii* iterum auctior. Venetiis in ædibus Manutianis, fol. cum *Sigonii* scholiis ab auctore multis in partibus auctis, et Chronolog. Liviana. Continet etiam *Defensiones scholiorum Sigonii contra Robortellum et alios.*

1573. *Paris.* fol. II partes. « Titi Livii Patavini historiæ Romanæ ab urbe condita libri XLV, quotquot ad nostram ætatem pervenerunt, cum commentariis omnium interpretum ad explicationem locorum difficilium, e regione insertis. His

adjecimus, ultra brevem Livii L. etiam Flori epitomen: Sigonii chronologiam, Pomponii Læti de antiquitatibus Romanorum, et pleraque alia ad Romanam historiam pertinentia, quæ pagina VI docebit. Lutetiæ Parisiorum, apud Michaelem Sonnium via Jacobæa, sub scuto Basiliensi MDLXXIII, cum privilegio Regis ». In fine: « Lutetiæ, cudebat, typisque mandabat Joannes *Charron*, Typographus, anno Domini millesimo quingentesimo septuagesimo tertio, quarto Idus Junii MDLXXIII ». Verso titulo, p. 3, legitur *Jacobi Gohorii ad Reverendum Carnutum antistitem D. Nicolaum Thuanum* epistola dedicatoria data *Lutet. Paris. MDLXXIII Idibus Junii. Itaque* (ait Gohorius) *T. Livius*, meis animadversionibus paucis licet instructus, primum prodit in lucem, *qui si quando iterum dabitur, multo prodibit instructior.* (Hæc Gohorii verba probant, Ernestium in Bibl. Lat. aliam Parisinam edit. 1572 per Jac. Gohorium cum multorum notis memorantem errasse.) Dedicationem excipit *Joannis Charronnii, Typographi, de hujus operis statu et ordine ad lectorem.* Subjicitur, ut in titulo promissum est, enumeratio contentorum hujus edit. scil. *Des. Erasmi* epistola; *Sim. Grynæus,* de utilitate legend. histor. *Barth. Marlianus,* de orig. urbis Romæ; *Messalæ Corvini* lib. in quo omnis Romana historia, etc. complectitur; *Sexti Ruffi* de hist. Romanor. lib. *M. Ant. Sabellici* de laudibus historiæ oratio; *Phil. Beroaldi* oratio continens historiæ laudationem in T. Livium; *Stephani Nigri* præfatio in T. Livium; de historia T. Livii, quod in libros, non in Decades, ab auctore divisa sit, etc. *Laurent. Vallæ* disputatio de Tarquiniis adversus Livium; *Elias Vinetus,* de agnationibus familiarum; *Henrici Glareani* brev. Compend. hist. Romanæ; *Jo. Velcurionis* in T. Livii historiam argumentum; *Car. Sigonii* in sua scholia præfatio; *L. Flori* rerum Romanarum libri IV; *Jac. Gohorii* in III libb. Titi Livii animadversiones; *Titi Livii Patavini* historiæ ab urbe condita libb. qui exstant XXXV, cum annotationibus doctor. virorum insertis e re-

L. Domitius Cn. F. L. N. Ahenobarbus, consul, cxxxvi, 47.

Dona militaria; vid. Miles. — Dona Legatis data; vid. Lautia et Legatus.

Donuca, mons Thraciæ, xl, 58.

Dorimachus, princeps Ætolorum, xxvi, 24.

Doris pars Græciæ propr. ad Pindum et Œtam, xxviii, 7. — Doridis oppida (potius Phocidis), Tritonon et Drymas, capit Philippus, ibid.

Doriscon seu Doriscus, castellum Thraciæ, xxxi, 16.

Dorulacus, dux Boiorum, xxxiv, 46.

Dorylaus cum novo exercitu a Mithridate mittitur ad Archelaum, lxxxii, 26, 27. — primo ferox adversus Sullam et Romanos, mox mutat sententiam, ibid.

Drachma, xxxiv, 50, 2.

Drapes novas in Gallia turbas concitat, cviii, 21, 22. — victus inedia se conficit, 27.

Draudacum, castellum frequens Penestarum in Illyrico Græco seu Maced. xliii, 19.

Drepana seu Drepanum oppid. et prom. Siciliæ occidentale, hodie *Trapani*, xxviii, 41. — Drepanum abest a Lilybæo passuum 15000, xix, 18. — pugna ad Drepanum, in qua vincitur P. Clodius, 18-22. — Drepanum obsidetur a Romanis, 37, 54.

Dromades ante equitatum Antiochi, xxxvii, 40.

Dromichætes a Mithridate cum Thracum auxiliis missus ad Archelaum, lxxxi, 14.

Dromos, campus ad Lacedæmonem, xxxiv, 27.

Druentia fl. Galliæ Narbon. ad Alpes, in Rhodanum influens, hod. *Durance*, xxi, 31.

Drusiana fossa, cxxxvii, 11.

Drusus; vid. Claudius et Livius.

Drymæ, opp. Doridis, xxviii, 7.

Drymusa (forte Drymussa), insula Ioniæ, xxxviii, 39.

Ducarius quidam, eques Insuber, C. Flaminium consulem lancea transfigit, xxii, 6.

Duellorum insania animos capit, lxviii, 12.

Cæso Duilius, decemvir, iii, 35.

Cæso Duilius, consul, viii, 16. — triumvir coloniæ Ausonum Cales deducendæ, ibid.

C. Duilius, plebeius, tribunus militum consulari potestate creatus, v, 13.

C. Duilius, quinquevir mensarius creatus, vii, 21.

C. Duilius M. F. M. N. consul xvii, 2. — ei fabricandæ classis mandata cura, 3. — navali prælio vincit Pœnos, 7, 9. — ejus triumphus et honores, 12. — censor struxit Jani templum apud forum olitorium, xvii, 27.

M. Duilius, tribunus plebis, ii, 58. — diem dicit Appio Claudio, 61. — plebi in certaminibus decemviralibus non inutilis, iii, 52, 54. — iterum tribunus plebis creatur in Aventino, 54. — rogationem pertulit de consulibus creandis cum provocatione, ibid. — ejus æquitas

demit metum Patribus, 59. — collegis, magistratum continuare cupientibus, resistit, 64.

M. Duilius, tribunus plebis, rogationem fert de unciario fenore, vii, 16.

Dumnacus bellum in Pictonibus movet, cviii, 19. — expellitur finibus, 20.

Dumnorix Æduorum princeps, invito Cæsare domum rediens interficitur, cv, 64, 65.

Duodecim tabulæ, iii, 57.

Duplicarii, ii, 59.

Durius amnis, lvii, 25, 27.

Durnium, *sive potius* Burnium, Illyrici opp. xliv, 30.

Duronia, urbs Samnii, expugnata a L. Papirio, x, 39.

Duronia, mater P. Æbutii, filium Bacchis vult initiari, xxxix, 9.

L. Duronius, creatus prætor, sortitur Apuliam, xl, 18.

M. Duronius senatu motus, quod legem de coercendís conviviorum sumptibus tribunus pleb. abrogarat, lxx, 16.

Duumvir, xxiii, 30, 8.

Duumviri judicant perduellionem, i, 26; vi, 20; cii, 43. — Duumvir vel Duumviri dedicant ædes, ii, 42; vii, 28; xxii, 33; xxiii, 20; xxx, 31; xxxiv, 53; xxxv, 41; xxxvi, 36; xl, 34. — Conf. ad i, 53, 3 et xxiii, 30, 8.

Duumviri sacris faciundis, librorum Sibyllinorum custodes, iii, 10; iv, 25; v, 13. — dedicant ædem Martis, vi, 5. — rogatio, ut pro duumviris sacris fac[iu]ndis creentur decemviri, vi, 37. — ad ædem locandam seu faciendam, vii, 28; xl, 44. — navales, classis ornandæ reficiendæque causa, ix, 30; xii, 7; xl, 18 et 26; xli, 1, 5.

Dux, testis spectatorque virtutis et ignaviæ militum, eorum animos accendit, xxi, 43; vide xliv, 3. — duces ob male rem gestam rei, ii, 52; v, 11, 12; xxvi, 2, 3. — ducum Romanorum, circa Alexandri Magni tempora præstantissimorum, enumeratio, ix, 17. — clarissimorum trium uno anno parum dignus splendore vitæ exitus, xxxix, 52. — Ducibus validior res Romana, quam exercitu, ii, 39.

Dymæ opp. Achaiæ, h. *Clarense*, xxvii, 31; xxxii, 21; xxxviii, 29.

Dymæi abeunt e concilio Achæorum, xxxii, 22.

Dymæus ager, xxvii, 31.

Dymenses funditores, xxxviii, 29.

Dyrrachini, xlii, 48. — auxiliantur Romanis adversus Gentium, xliv, 30. — donantur lembis, de Gentio rege captis, xlv, 43.

Dyrrachium opp. Illyrici Maced. seu Græci adversus Brundisium, hod. *Durazzo*, *Duradsch*, xxix, 12; xxxi, 27; xlii, 48. — Græcis dicebatur Epidamnus, xliii, 21. — Dyrrhachii situs, cxi, 31.

E.

Ebora capta a Sex. Pompeio, cxvii, 33.

Eburones cædunt Cottam et Titurium, legatos Cæsaris, cvi, 12. — vincuntur a Cæsare, 15.

Ebusus seu Ebusia et Ophiusa seu Colubraria et Frumentaria, Pityusæ, vicinæ Balearibus et Hispaniæ insulæ, h. *Iviza* seu *Ibiza* et *Formentera* xxii, 20.

Ecbatana duplicia, cii, 27.

Ecetra opp. Volscorum, iv, 61; vi, 31.

Ecetranis Volscis datur ex SCto pax et adimitur ager, ii, 25. — desciscunt ad Æquos, iii, 4.

Echecrates, pater Antigoni, xl, 54.

Echedemus, princeps Acarnanum, xxxiii, 16.

Echedemus, Atheniensis legatus, xxxvii, 7.

Echinus, Thessaliæ oppidum in Phthiotide et intimo sinus Maliaci recessu, xxxii, 33; xxxiii, 13; xxxiv, 23.

Eclipsis solis, xxii, 1; xxx, 2, 38; xxxvii, 4; xxxviii, 36. — Eclipsis lunæ prædicta a C. Sulpicio Gallo, tribuno militum, xliv, 37.

Edesco, Hispanorum dux, venit ad P. Scipionem, xxvii, 17.

Edessa, urbs Maced. ab Ægis diversa, hodie Edessa ad Vistrizam, xlv, 29, 30.

Edessa urbs Syriæ, cvi, 20.

Edetani; vid. Sedetani.

Edictum dictatoris, ii, 30; viii, 34. — consulum, ii, 24; viii, 6 — ex edictis perpetuis prætores jubentur jus dicere, xcix, 44.

Egeria Dea, cum qua nocturnos congressus simulat Numa, i, 19.

Egerii nomen ab inopia inditum filio Aruntis, i, 34. — is Collatiæ in præsidio relinquitur, 38. — ejus filius Tarquinius Collatinus, i, 57, 60.

L. Egilius, triumvir coloniæ deducendæ, xli, 13.

Gell. Egnatius, dux Samnitium, Etruscis est auctor belli adversus Romanos, x, 18. — Umbros vocat ad defectionem, et Gallos ingenti pretio sollicitat, 21. — cadit in pugna, 29.

M. Egnatii Rufi vecordia, cxxxv, 7. — seditio, cxxxvi, 29. — et insidiæ in Augustum, 39.

L. Egnatuleius, quæstor, legionem quartam ab Antonio ad Cæsarem Octavianum transfert, cxvii, 51.

Elæa, oppid. Æolidis, navale Pergami, xxxvi, 43; xxxvii, 18; xxxviii, 40; xliv, 28.

Elæon campus Epiri, xliii, 23.

Elæus Chersonesi Thrac. opp. xxxi, 16; xxvii, 9.

Elatea seu Elatia, urbs Phocidis, ad Cephissum et fines Thessaliæ, hod. *Turco-chorio*, xxviii, 7; xxxii, 18.

Elatia seu Elatea, opp. Thessaliæ ad Peneum et Tempe, xlii, 54.

Elatienses in libertatem restituuntur a Sulla, lxxxii, 19.

Eleazarus trabem auream ex templo Hierosolymitano dat Crasso, cvi, 20.

Elei cum Achæis pugnant, xxvii, 31, 32, 33. — eos, Olympiorum solenne ludicrum parantes, aggredi vult Machanidas, xxviii, 7. — a Romanis adscripti fœderi cum Philippo inito, xxix, 12. — veniunt Chalcidem ad Antiochum, auxilium petentes adversus Achæos, xxxvi, 5. — post fugam Antiochi Achæorum legatis lene dant responsum, 31. — Eleus ager vastatur a Philippo, xxvii, 31, 32. — Eleorum metus adventante Mummio, lii, 6.

Elephanti dant Pyrrho victoriam de Romanis, xiii, 6, 9. — unius elephanti barritus turbat cæteros, 8. — metum ex eo injicere Fabricio frustra tentat Pyrrhus, 26. — turbant suorum aciem, xiv, 31; xxvii, 14. — igni magis avertuntur quam ferro, ibid. — vulnerati sæviunt in suos, xviii, 54. — quatuor cum turribus, tum primum visi Romæ, ducti in triumpho, xiv, 34. — eos vulgus boves Lucas vocat, ibid. — in Metelli triumpho ducti viginti supra centum, xix, 2. — quonam modo ex Sicilia in Italiam transportati, xviii, 56. — quonam modo Rhodanum trajecti, xxi, 28. — frigore absumpti, xxi, 56, 58. — quonam modo per invia traducti, xliv, 5. — Indici maximi, xxxvii, 39. —

in ludis Circensibus exhibiti, XLIV, 18. — igni e castris exacti, XXVI, 6. —eorum frontalia et cristæ, et tergo impositæ turres, XXXVII, 40. — quando iis primum Romani usi, XXXI, 36.—eos fabrili scalpro necare docuit Hasdrubal, XXVII, 49.—Velites fodiunt sub caudis, XXI, 55; XXXVII, 42. — a Pompeio in ludis producti ad pugnam, miserabili comploratione fletum populo movent, CV, 30. — elephanti quadraginta dextra lævaque lychnuchos gestantes in triumpho Cæsaris adscendentis in Capitolium, CXV, 12. — Elephantorum terror apud Romanos, XVIII, 46.

ELEUSIS seu ELEUSIN, oppidum Atticæ, hodie *Elessin* seu *Lessina*, *Lepsina*, XXXI, 25, 26.

ELEUSIS ad Alexandriam, XLV, 12, 2.

ELEUTHERA capitur a Metello, XCIX, 49.

ELICIUS Jupiter; vid. Jupiter.

ELIMEA regio Illyrici Græci Macedoniæ adjecta, XXXI, 40; XLII, 53; XLIII, 21.

ELIMIOTIS, XLV, 30.

ELIS, urbs et regio Peloponnesi, hod. *Belvedere*, XXVII, 32. — sentit cum Ætolis, XXXVI, 31. — Elin concilium indicit M. Fulvius consul, XXXVIII, 32.

ELISA; vid. Dido.

ELITOVIUS, dux Cenomanorum, transcendit Alpes, V, 35.

ELORUS; vid. Helorus.

ELUA; vid. Æbutius.

ELYMÆI in Media aut Susiana, Persidis regione, sagittarii, XXXV, 48, 49; XXXVII, 40.

EMATHIA, pars Maced. quondam dicta Pæonia; XL, 3; XLIV, 44.

EMATHIA, urbs Thraciæ s. Maced. dicta olim Œsyma, XLIII, 7.

EMERITA colonia, CXXXV, 14. — ab Emerita Gades viam perducit Augustus, CXXXVI, 5.

EMPORIA, regio Byzacii in Africa propria ad Syrtim min. XXI, 60, 1; XXIX, 25, 33; XXXIV, 62.

EMPORIÆ, urbs Græca, oriunda a Phocæa, in Hispania Tarrac. h. *Ampurias in Catalonia*, XXI, 60, 1; XXVI, 19; XXVIII, 42. — ejus situs, XXXIV, 9. — Emporiis appulit classem Cn. Scipio, XXI, 60; XXVIII, 42.

EMPORITANI Hispani se dedunt Catoni consuli, XXXIV, 16.

Emporium prope Placentiam, defensum a Romanis, XXI, 57. — ad Tiberim, XXXV, 10.—lapide stratum stipitibusque septum, XLI, 27.

EMPULUM, oppid. Latii, captum a Romanis, VII, 18.

ENIPEUS, fluv. Macedoniæ oriens in valle Olympi et ad Dium in sinum Thermaicum influens, XLIV, 8, 20, 26, 27, 32, 35.

ENNA; vid. Henna.

ENNENSIS; vid. Hennensis.

Q. ENNIUS poeta nascitur, XX, 2. —ejus de Q. Fabio Maximo dictum, XXX, 26. — statua extra portam Capenam, XXXVIII, 56.

EORDÆA s. Eordææ oppid. Mygdoniæ in Macedonia, XXXI, 39, 40. — ejus aditus, XXXIII, 8; XLII, 53.

EORDÆI populi, XLV, 30.

EPAMINONDÆ illustre factum memoratum, LXI, 66.

EPANTERII montani, cum quibus bellum gerunt Ingauni, forte Alpina juga incoluere, XXVIII, 46.

EPHESII vincunt Aristonicum, LIX, 20. — Mithridati placere studentes, dejiciunt statuas Romanor. LXXVIII, 4. — occidunt Zenobium, Mithridatis præfectum, LXXXII, 46.

EPHESUS, urbs Ioniæ in Asia minori, h. *Epheso*, *Aiosoluk*, *Ajasoulouk*, h. e. locus paluster, I, 45; XXXIII, 38; XXXVI, 42. — se dedit

Romanis, xxxvii, 45.—adtribuitur Eumeni, xxxviii, 39.

Epicadus occiditur a Gentio, Illyriorum rege, xliv, 30.

Epicadus, præfect. peditum Parthinorum in castris Anicii, xliv, 30.

Epicrates Rhodius, xxxvii, 13, et 15.

Epicrates, dux Antiochi, accepta pecunia, Judæis tradit Scythopolim, lxiii, 45.

Epicurus, et de illius secta Fabricii judicium, xiii, 27.

Epicydes, missus ab Hannibale cum Hippocrate fratre legatus ad Hieronymum, xxiv, 6, 23.—Syracusis prætores ambo creantur, 27. — bellum inter Syracusanos et Romanos concitare nituntur, 29.—Syracusanum exercitum sibi conciliant, 30, 31. — occupant Syracusas, 32. —Romanis superbe respondent, 33. — Epycides præest custodiæ urbis, a Romanis obsessæ, 35.—relinquit Syracusas, magna jam ex parte captas, xxv, 27.—trajicit in Africam, xxvi, 40.

Epicydes, cui Sindon cognomen, præfectus alterius Epicydis, interficitur Syracusis, xxv, 28.

Epidamnus; vid. Dyrrhachium.

Epidaurus, urbs Argolidis, hod. *Napoli di Malvasia, Menewtsche*, aut *Pidaure*, (sed *Villoison* eo loco non nisi IV tuguria invenit) nobilis templo Æsculapii, x, 47; xlv, 28.— ab Epidauro Æsculapius arcessitur, xi, 12, 13.

C. Epidius Marullus, tribunus plebis, hominem statuæ Cæsaris coronam imponentem in carcerem duci jubet, cxvi, 28.— ei adimitur tribunatus, 29.

Epimircte, xiv, 13; xix, 33, 37.

Epigonus, Colophoniorum tyrannus, comprehenditur a Lucullo, lxxxiii, 5.

Epipolæ, locus Syracusis, xxv, 24.

Epirotæ; vid. Alexander et Pyrrhus.—de communi pace legatos ad Philippum mittunt, xxix, 12. — a Philippo adscripti fœderi cum Romanis inito, ibid. — tentant pacem Philippum inter et Romanos frustra, xxxii, 10. — non manent sincera fide in amicitia Romanorum xxxvi, 35. — eorum legati ad M'. Acilium consulem, ib.—mittuntur Romam, ibid. — septuaginta eorum urbes a Paullo Æmilio diripiendæ dantur militibus, xlv, 34.

Epirus, altera pars h. *Albaniæ*, viii, 24; xii, 18; xxix, 12; xxxi, 7; 18. — ejus montes, xxxii, 13. — et fauces, xxxii, 5, 16; xxxiii, 4. — Cf. Illyricum.

Eporedia colonia, lxix, 20.

Eposognatus seu Epossognatus, regulus Gallorum, xxxviii, 18.

Epulones triumv. quando primum creati, xxxiii, 42. — iis, ut pontificibus, datum jus togæ prætextæ habendæ, ibid et xl, 42. — a Cæsare ad decem illorum numerus auctus, cxvi, 13.

Epulum Jovis ludorum causa, xxv, 2; xxvii, 36; xxix, 38; xxx, 39; xxxi, 4; xxxii, 7.—ludorum causa, xxxiii, 42. — in quo strata toto foro triclinia, xxxix, 46.—populo datum, cxv, 14.

Epulæ hospitales sacræ, xxiii, 9, 3. — instructæ Romæ ante omnium domos, iii, 29; vid. et xxv, 12.— similiter et Beneventi, xxiv, 16. — quando primum Romæ magno luxu apparatæ, xxxix, 6.

Eques, qui paulo ante servus fuerat, impetrat a Metello Scipione donum militare, cxiv, 10.—Equites; vid. Centuriæ Equitum.—e publico iis empti aliique equi, i, 43. — magistratu capto non desinebant

equites esse, neque a censoribus in senatum lecti equum publicum amittebant, XXIX, 37, 6. — quibus census equester erat, equus publicus nondum erat adsignatus, equis suis merere incipiunt, V, 7.—iis stipendium adsignatum, ibid. — triplex, 12.—institutum a Fabio Rullo censore, ut Idibus Quintilibus transveherentur, IX, 46.—gestant annulos aureos, XXIII, 12. — principes juventutis, seminarium senatus, XLII, 61. — ad eos judicia transfert C. Gracchus, LX, 66; vid. Judicia. — eorum in judiciis iniquitas et petulantia, LXX, 52, 53; LXXI, 37, 38. — ex equitum ordine erant publicani, LXX, 52; CIII, 52. — Equitibus, ignominiæ causa, adempti a censoribus equi publici et vendere eos jussi equites, XXII, 18, 4; XXVII, 11; XXIX, 37; XXXIV, 44; XXXIX, 44; XLI, 27; XLII, 10; XLIII, 16; LIV, 7. — Equites alarii, XXXV, 5; XL, 40. — delecti et extraordinarii, XLII, 58. — Galli in castris Eumenis, XLIV, 13.—Numidæ ad Romanos transfugunt, XXII, 48; XXIII, 46. — sacræ alæ in exercitu Persei, XLII, 58, 66. — legionarii, XXXV, 5; XL, 40. — treceni in singulas legiones, VIII, 8. — loricati, quos cataphractos vocant, XXXV, 48; XXXVII, 40. — sagittarii, XXXVII, 38. — ex equis desiliunt, et pedestrem committunt pugnam, II, 20; III, 62; IV, 38, 40; VI, 24; VII, 7; IX, 39; XXI, 46; XXII, 49; XXIX, 2; XXXVIII, 26. — detrahunt equis frenos, et perrumpunt hostium agmen, IV, 33; VIII, 30; XL, 40. — sexcenti obsides dantur Samnitibus, IX, 5. — liberantur, 15. — ob rem bene gestam corniculis armillisque argenteis donantur, X, 44. — et phaleris, catellis ac fibulis, XXXIX, 31. — in equos suos velites singulos accipiunt, XXVI, 4.—in stationibus armati, frenatis equis, totum diem perstabant, XLIV, 33. — Equitum recensio, XXXVIII, 28; XXXIX, 44; XL, 46. — Equitibus quantum diviserint imperatores triumphantes, XXXIV, 46, 52; XXXVI, 40.—colonis Bononiam deductis septuagena jugera, cæteris quinquagena data, XXXVII, 57.

Equester census, V, 7; XLIX, 3.

Equestria spolia, VIII, 7.

Equestris Fortunæ magnificum templum, XL, 40; XLII, 3. — equestris statua, VIII, 13; IX, 43.

Equitatus Hannibalis melior equitatu Romanorum, XXI, 47; XXII, 44. — post amissam alam quæ Salapiæ erat, nunquam deinde superior, XXVI, 38. — Ætolorum longe optimus in Græcia, XXXIII, 7. — Numidarum descriptus, XXXV, 11. — Thessalorum, IX, 19.

L. EQUITIUS, Ti. Gracchi filium se ferens, a censore Numidico censu prohibetur, LXVIII, 36, 37. — eum Sempronia non vult agnoscere, 38. — ejus nominis favore carus populo, fit tribunus plebis cum Saturnino, LXIX, 23. — cum eo fugit in Capitolium, 27. — interficitur, 29.

Equus publicus, I, 43; V, 7. — Cæsaris, prioribus pedibus humanis, CXV, 20.—ejus effigies in templo Veneris Genitricis, ib. — Sejanus, CXXI, 24.—ademptus; v. Equitibus, XXXIX, 9, 19. — equum publicum vel retinere vel reddere poterant equites, sive a censoribus in senat. lecti fuissent, sive jure magistratus in eum venissent, XXIX, 37, 6. — equo uti non licet dictatori sine permissu populi, XXIII, 14.—equi albi currum Camilli triumphantis trahunt, V, 23. — ferreis obducti laminis, currum contis ferro præ-

fixis horrentem trahentes, præsidia contra elephantos, XIII, 38. — decernuntur Cæsari in triumpho, CXV, 1. — Dionysii et Hieronymi, XXIV, 5. — equi curules ad vehendas quadrigas in ludis circensibus publice præbendi, XXIV, 18. — equorum dorsum demulcere, IX, 16. — equos binos trahentium desultorum mos, XXIII, 29. — equorum denorum commercium, eosque educendi ex Italia potestas data legatis regulorum Gallorum, XLIII, 5. — equi ornati honoris causa regibus eorumque liberis dono dantur, XXVII, 19; XXXV, 23. — phalerati duo Masinissæ, XXX, 17. — et regulis Gallorum, XLIII, 7. — equis crura succidere et ilia suffodere in pugna, XLII, 59.

Equuleus Reate cum quinque pedibus natus; vid. Prodigium.

Erbessus; vid. Herbessus.

Eretria Thessaliæ, XXXII, 13. — et quidem in agro Phthiotico, XXXIII, 6.

Eretria Eubœæ, hodie *Trocco*, *Rocco*, oppugnatur et capitur, XXXII, 16. — libertatem a Romanis accipit, XXXIII, 34.

Eretum, oppid. Sabinorum, h. *Monte Rotondo* vel potius Rimane, III, 26, 29, 38, 42; XXVI, 11, 23.

Ergastulum, II, 23; VII, 4.

Ergavia seu potius Ergavica, nobilis et potens civitas Celtiberiæ, deditur Romànis, XL, 50.

Ericinium, oppidum Thessaliæ, XXXVI, 13; XXXIX, 25.

Erigon seu Erigonus, fluvius ex Illyrico per Pæoniam fluens, in Axium amnem editur, XXXI, 39; XXXIX, 54.

Eritium, oppidum Thessaliæ, XXXVI, 13.

Eriza, opp. Cariæ; vid. *Eryza*.

Eropon, legatus Persei ad Eumenem, XLIV, 24, 27 et 28.

Eropus quidam capit Lychnidum, XXVII, 32.

Erycina urbs; vid. Eryx.

Erycinæ Veneri ædes vota in Capitolio, XXII, 9, 10; XXIII, 30, 31. — alia extra vel ad portam Collinam, XXX, 38; XL, 34.

Erythræ Ætolorum prope Eupalium, XXVIII, 8.

Erythræ Ioniæ, hodie *Colite*, *Cabianco*, *Stolar*, XXXVII, 27 — Erythrarum promontorium, XLIV, 28.

Erythræa (terra), XXXVII, 12; XLIV, 28. — Erythræa terra, XXXVI, 45. — Erythrææ triremes, XXXVII, 11. — Erythræi donantur agro, XXXVIII, 39. — eorum portus Cyssus, XXXVI, 43.

Eryx Siciliæ mons et oppidum, h. *Trapano del monte* aut *Monte S. Juliano*, capitur a Pyrrho, XIV, 10. — ab Hamilcare, XIX, 49. — conf. XXI, 10, 41; XXVIII, 41.

Eryza, urbs Cariæ, XXXVIII, 14.

Esquiliæ, I, 44; XXVI, 10. — in Esquiliis cœtus facit plebs, II, 28.

Esquiliarius collis, I, 48.

Esquilina porta, II, 11; III, 66 et 68; XXVI, 10; XXXIII, 26; XLI, 9. — ad Esquilinam portam exercitus indictus, VI, 22.

Esquilina tribus, XX, 58; XLV, 15. — in eam conjecti libertini, ib.

Esseda Gallorum, X, 28.

Essedarii, CV, 57.

Etesiæ, venti favonii, XXXVII, 23.

Ethopia, oppid. Epiri aut Athamaniæ, XXXVIII, 2.

Etleva, uxor Gentii Illyriorum regis, captiva ducitur Romam, XLIV, 32.

Etovissa, oppidum Edetanorum in Hispania Tarracon. ad Iberum, XXI, 22.

Etritus, amicus Platoris, occiditur a Gentio, XLIV, 30.

Etruria, regio Italiæ, Græcis

Tyrrhenia et Tuscia, hod. *Toscana* et *Etruria* vicina Romæ, I, 23, 30. — perdomita a Q. Fabio consule, IX, 41. — rebellat, X, 3.—vastatur, 12, 30, 37.—eam populatur D. Brutus, consul, XI, 10. — meditatur defectionem, XXVII, 21. — frenatur, 24. — Etruriæ concilia ad fanum Voltumnæ, IV, 23, 25, 61; V, 17; VI, 2; X, 16. — duodecim populi, IV, 23.

ETRUSCI obsident Romam, II, 11; vid. Porsena. — instaurant bellum, 44. — improbant regem, a Veientibus creatum, V, 1. — movent bellum adversus Romanos, VI, 2. — obsident et capiunt Sutrium, 3. — cæduntur, et captivi sub hasta venumdantur, 4. — parant bellum, VII, 17. — vincuntur, ib. et IX, 35 sqq. — inducias annuas impetrant, IX, 41. — rebellant et vincunt Romanos, X, 3. — funduntur, iisque induciæ biennii dantur, 4, 5. — paciscuntur cum Gallis adversus Romanos, 10, 18. — afficiuntur clade, 30; vid. et XI, 29; XII, 1, 4, 5; XIII, 51; vid. et Tusci. — gens ante omnes alias dedita religionibus, V, 1. — Græcis perperam dicuntur Tyrrheni, et origo eorum ultra Alpes quærenda, 1, 8, 2. — Etrusci haruspices, V, 15. — vates ad publica prodigia adhibiti, I, 56. — Etrusci campi fertiles, XXII, 3.—Etruscum mare, XL, 41. — Etruscorum aliquot populis civitas data, LXXIV, 7. — Etruscis literis Romani pueri olim erudiri soliti, IX, 36. Cf. Tusci.

ETUTA, filia Honuni, Dardanorum principis, uxor Gentii, XLIV, 30, 3.

EUBOEA, hod. *Negropont*, insula Græciæ et Archipelagi, a Bœotia angusto Euripi freto (*Golfo di Negropont*) dirempta, XXVII, 30.—ejus urbes Romanis traditæ, XXXVI, 21.— ejus angustiæ, XXX, 23.—et Cœle s. Cœla, XXXI, 47.

EUBOENSES et Bœoti centum talenta Heracleotis pendere jubentur, LII, 19.

EUBOICARUM civitatum conventus, XXXIV, 51.

EUBOICUS sinus, XXXI, 47.

EUBOICUM talentum; vid. Talentum.

EUBULIDAM Chalcidensem sibi ab Antiocho dedi postulant Romani, XXXVII, 45; XXXVIII, 38.

EUCTUS, præfectus urbis Pellæ, XLIV, 43.

EUDAMUS, præfectus Rhodiæ classis, XXXVII, 12, 28.—vincit prælio navali Hannibalem, 23; XLIV, 28.

EUDIERU, turris in Macedonia, XLIV, 3.

EUGANEI, in Gallia Transpad. inter mare Alpesque incolentes, pelluntur ab Henetis, I, 1.

EUGENIUM, opp. Illyrici Maced. XXIX, 12.

EUHYDRIUM, oppid. Thessaliæ, vastatur a Philippo, XXXII, 13.

EUMACHUS, præfectus a Mithridate Gallogræciæ a Dejotaro expellitur, LXXXII, 38; vid. et XCIV, 21.

EUMENES, rex, Attali filius, XXXIII, 30 et 34. — pius erga propinquos, justus in cives, et munificus erga omnes homines, XLII, 5.—auxilium fert T. Quintio, consuli, XXXIV, 26, 30. — incitat Romanos ad bellum contra Antiochum, XXXV, 13.—occurrit cum tribus navibus C. Livio, præfecto classis Romanæ, XXXVI, 42. — ejus in pugna navali fortis et fidelis opera, 44. — dimittitur domum, 45. — occurrit obviam Æmilio, XXXVII, 14. — ejus regni caput Pergamum obsidetur a Seleuco, Antiochi filio, 18. — præsto est Romanis, in Asiam trajicientibus, 33.— itemque in pugna cum Antiocho,

41. — proficiscitur Romam, 45.— ei datur senatus, 52. — ejus postulata, 53.—quæ regiones et civitates ei nominatim datæ, xxxviii, 39.— ejus legati de Philippo queruntur, xxxix, 27. — beneficiis sibi obligat omnes Græciæ civitates, xlii, 5.— Romam venit, et Perseum Romanis suspectum facit, xlii, 11 seqq. — Eumenem accusant Rhodii frustra, 14. — in eum percussores mittit Perseus, 15. — ascendens Delphos lapidibus obruitur, ibid. — sopitus vulnere tollitur, et Æginam transfertur, 16. — redit Pergamum, 18. — ejus fides dubia, xliv, 13, 20.— eum sollicitat Perseus, 24. — ejus consilia et cum Perseo nundinatio, 25. — auxilia, ab eo missa ad Attalum fratrem, intercipiuntur a classe Macedonum, 28. — Attalo, eunti Romam, adjungit Stratium medicum, xlv, 19.—in Italiam navigat, xlvi, 1. — excedere Italia jubetur, 2. — criminationibus in eum pronas aures commodant Romani, 9, 19, 20.

Eumenes, dux Persei, præest Thessalonicæ, xliv, 32.

Eunomus, prætor Thessalorum, xxxv, 39.

Eunus, magicæ superstitioni addictus, lvi, 30. — flammam inter verba fundit, 31. — eo auctore et duce, servi deficiunt, 34.—rex constituitur, 37. — ejus expeditiones, 38.—captivitas et mors, lix, 46.

Eupalium, oppidum Locridis, xxviii, 8.

Eupatoria obsidetur a Lucullo, xcvi, 30. — capitur, xcvii, 46, 47.

Eupatra, filia Mithridatis, ducitur ante currum Pompeii triumphantis, ciii, 48.

Euphanes, dux Cretensis, xxxvi, 5.

Euphranor, præfectus Persei, interficitur a Dolopibus, xlii, 41.

Euphranor, unus ex ducibus Persei cum duobus millibus deletis Melibœam mittitur, xliv, 13.

Euphranor, Rhodiæ classis dux, vincit Alexandrinos, cxii, 70, 72.

Euphratem Crassus ponte transgreditur, cvi, 30.

Eupolemus Ambraciam obsessam a Romanis intrat, xxxviii, 4.

Eupolemi, principis Hypatæorum, in exsules perfidia, xli, 25.

Eureas, Achæorum legatus, xlvi, 8.

Euripi Chalcidici descriptio, xxviii, 6. — Euripi fretum, xxxi, 22; xxxv, 46; (vid. Eubœa.) — Euripi castellum expugnat Antiochus, xxxv, 51; xxxvi, 7.

Euripus ad Cassandream situs, xliv, 11.

Euromus seu Eurome et Euromensium urbs in Caria, xxxii, 33; xxxiii, 30. — eorum oppida occupant Mylassenses, xlv, 25.

Europa, xxvii, 29.

Eurotas, amnis, sub ipsis Spartæ mœnibus, hod. *Iris* et *Basilipotamo*, Βασιλιπόταμος, xxxiv, 28; xxxv, 29.

Eurus, ventus, xxv, 27.

Euryalus, tumulus Syracusis, xxv, 25.

Eurydica, mater Gentii, Pleurati uxor, xliv, 30.

Eurylochus, princeps Magnetum, profugit in Ætoliam, xxxv, 31, 32. — revocatur, 34. — sibi consciscit mortem, xxxvi, 33.

Eurymedon, amnis in Pamphylia, xxxiii, 41; xxxvii, 23.

Eurymenæ, Thessaliæ oppidum, xxxix, 25.

Euthymidas, princeps, Chalcide pulsus, frustra tentat patriam in potestatem Ætolorum redigere, xxxv, 37, 38.

Evagoras, Theodori filius, amicus Pyrrhi, xiv, 24.

Evander Arcas instituit in Palatino monte Lupercale sacrum, i, 5.—miraculo literarum inter rudes populos venerabilis, 7.—Herculem Jove natum agnoscit et sacrum ei facit, ibid.

Evander Cretensis, dux auxiliorum, ad cædem Eumenis subornatur a Perseo, xlii, 15, 59.—comes fugæ Persei, xliv, 43. — interficitur a Perseo, xlv, 5.

Eventus in manu stultorum versatur, et nihil iniquius est, quam rem ex eo famam habere, xxvii, 44.

Eversa seu Everca, Thebanus, civitatis princeps, sublatus a Perseo, xlii, 13 et 40.

Examen apum in arbore; vide Prodigium.

Execratio Atheniensium in Philippum, xxxi, 44.

Exercitus Romani ordo et numerus descriptus, viii, 8. — collatio cum Alexandri M. exercitu, ix, 19. consularis, vii, 19. — octingenta hominum millia scripta ex tota Italia adversus Gallos, ita ut Romani Campanique numerum explerent peditum 248,200, equitum 26,600, xx, 35. — voluntarius, v, 7. — sine ulla vacationis venia scriptus, viii, 20.—tumultuarius, viii, 11.—navalis, xxii, 11. — urbanus, ibid. et xxvii, 7. — exercitus numero copiarum insignes apud Romanos, nempe decem scriptæ legiones, ii, 30; vii, 25. — armati 87,200 in castris Romanis, quum pugnatum ad Cannas est, xxii, 36; vid. Legio. — lustrati, i, 44; xxxviii, 12; xl, 6. — exercitus itineribus et mutatione locorum salubrior, x, 25. — in oppidis hibernare vetitus, xxvi, 21. — correctus ad severiorem disciplinam, lvii, 2-5.— seditiosi, ii, 32, 43 et 59; iii, 50; iv, 50; vii, 38-42; xxviii, 24 et seqq. lxxv, 1; cxiii, 45-51; cxxv, 15-17; cxxxi, 21. — in exercitu Hannibalis, mixto ex colluvione omnium gentium, nulla seditio, xxviii, 12.

Exodia, vii, 2.

Expiatio fanorum; vid. Fanum.

Exploratores Romanos inter Numidasque certamen, xxi, 26.

Exsilii causa solum vertendo pœnam subterfugere licebat, xxix, 21, 1.

Exsules occupant noctu Capitolium, iii, 15. — Exsules Hypatæi, xli, 25.— Lacedæmonii, xxxiv, 26. — reducuntur ab Achæis, xxxviii, 30-34.

Exta victimarum parum læta, xiv, 28. — lætiora, 30. — læta prolationem finium, victoriam et triumphum portendunt, xxxi, 5.—cruda in mare porricit Scipio, xxix, 27. — primo trunca et turpia, deinde nimis læta, xxvii, 26—eorum pars familiaris, viii, 9. — ad exta, sacrificio perpetrato, duo angues, ex occulto adlapsi, edere jecur, xxv, 16.

Extares ollæ sive extar aut extare, xxv, 16, 2.

Externa non ultra attingit Livius, nisi qua Romanis cohærent rebus, xxxix, 48.

Extraordinarii equites, xl, 31.— extraordinariæ cohortes, xxxiv, 47; xl, 27. — Cf. ad iii, 5, 3.

Exuvias non militum tantum, sed et imperatorum, portat Hannibalis exercitus, xxx, 28.

F

Fabaria, quæ et Byrchanis, ins. a Druso expugnata, cxxxvii, 7.

L. Fabatus cadit in prælio Mutinensi, cxix, 16.

Faber; fabrorum centuriæ in prima classe, i, 43.

FABIA gens, II, 45.—bellum cum Veientibus suscipit privato sumptu, 48. — sex et trecenti milites, omnes patricii, e gente Fabia, 49. — a Veientibus cæsi omnes, uno tantum e stirpe relicto, 50.—e Fabia gente tres continui principes sen. sc. Maximus, Ambustus et Gurges, XI, 23.

FABIÆ sorores, M. Fabii Ambusti filiæ, VI, 34.

FABIÆ domus opprobria, LXVII, 25, 26.

FABII Galli temeritas, CXXX, 15.

FABIUS Pictor, auctor antiquissimus, I, 44, 55; II, 40; VIII, 30; X, 37; XXII, 7; videatur infra Q. Fabius Pictor.

C. FABIUS, consul, jussu populi Tarquiniensibus bellum indicit, VII, 12. — male contra Tarquinienses rem gerit, 15. — creatur interrex, ibid. 17.

C. FABIUS, suffectus in locum Aulii, magister equitum, IX, 23.

CÆSO Fabius, quæstor, diem perduellionis dicit Sp. Cassio consuli, II, 41. — creatur consul, 42. — iterum, 43. — exercitus ejus non vult vincere, ibid. — pugnam cum M. Fabio, fratre, consule, restituit, 46. — tertium consul, 48. — gentis suæ orator ad senatum, ibid. — et dux, proficiscitur ad bellum Veiens, ibid. 49.

CÆSO Fabius Ambustus, quæstor, IV, 54. — tribunus militum consulari potestate, 61. — iterum, V, 10. — præest castris ad Veios, 12. — tertium tribunus militum, 24.

C. FABIUS Dorso per medios hostes (Gallos) in Quirinalem collem pergit, ibi sacra peragit, et in Capitolium ad suos redit, V, 46.

C. FABIUS Dorso, cos. XIV, 38. — eo cos. legati Alexandrinorum regum Romam veniunt, ibid.

C. FABIUS Hadrianus, prætor Africæ, in prætorio suo vivus exuritur, LXXXVI, 3.

C. FABIUS, legatus Cæsaris, rem gerit adversus Gallos, CVIII, 19-21. — a Cæsare cum sex legionibus præmittitur in Hispaniam, CX, 10. —dejicit præsidium Afranii ex saltu Pyrenæo, 12. — castra metatur ad Sicorim, 13.

C. FABIUS Pictor legatus mittitur ad Ptolemæum Philadelphum, XIV, 38. — consul creatur, XV, 5.

L. FABIUS, legatus a Scipione ad Carthaginienses, XXX, 25.

M. FABIUS, Cæsonis frater, cos. II, 42. — iterum, 43. — adversus Veientes egregie rem gerit, 44, 47.— triumphum sibi decretum recusat, ibid.

M. FABIUS, pontifex maximus, præfatur carmen, quo primores Romanorum sese, adventantibus Gallis, pro patria devovent, V, 41.

M. FABIUS Ambustus, V, 35.

M. FABIUS Ambustus, tribunus militum consulari potestate, VI, 22. — ejus filiæ duæ nuptæ, Ser. Sulpicio major, minor C. Licinio Stoloni, 34. — consilia init cum genero et L. Sextio de via plebeiis hominibus ad consulatum aperienda, ibid. — tribun. militum consulari potestate iterum, 36.

M. FABIUS Ambustus, cos. VII, 11. — ducit exercitum adversus Hernicos, ibid. — ejus res gestæ, ibid. — ovans Urbem ingreditur, ibid. — secundum consul, 17. — a Faliscis fusus, restituit aciem, ibid. — consul tertium, 18. — dictator, 22. — pro filio, magistro equitum, adversus Papirium dictatorem contendit, VIII, 33.

M. FABIUS Ambustus, magister equitum, VIII, 38.

M. FABIUS Buteo, consul, XIX, 47. — censor, 66.—sine magistro equi-

tum dictator ad supplendum senatum dictus, xxiii, 22. — senatu lecto, sese extemplo magistratu abdicat, 23.

M. Fabius Buteo, ædilis curulis, xxx, 26. — creatus prætor, sortitur Sardiniam, 40.

M. sive Kæso Fabius, Fabii Rulli frater, ix, 36. Vid. not. 3.

M. Fabius Dorso, cos. creatus, vii, 28.

M. Fabius Adrianus vincitur a Mithridate, xcviii, 86.—et obsidetur, 88. — liberatur a Triario, ib.

M. Fabius Vibulanus, consul, iv, 11. — legatus, 17, 19, 27. — tribunus militum consulari potestate, 25.

Num. Fabius Ambustus, tribun. mil. consulari potestate, ejusque collegæ movent Veiens bellum, iv, 58.

N. Fabius Buteo, cos. xix, 34.

N. Fabius Buteo creatur prætor, xli, 28. — sortitur Hispaniam citeriorem, xlii, 1. — Massiliæ moritur, 4.

N. Fabius Pictor legatus mittitur ad Ptolemæum Philadelphum, xiv, 38. — consul, xv, 11. — bis triumphat, 14.

N. Fabius Vibulanus, consul, iv, 43. — tribunus militum consulari potestate, 49. — iterum, 57.

Q. Fabius, cos. ii, 41.— iterum, 43. — in prælio occiditur, 46.

Q. Fabius, is qui unus exstinctæ ad Cremeram genti superfuerat, cos. creatur, iii, 1. — iterum, 2.—rem bene gerit adversus Æquos, ib. — populatur eorum agros, 3. — præfectus urbis, resistit tribuno, legem de minuendo consulari imperio ferenti, 9. — consul tertium, vincit Volscos, 22.—Tusculanis fert auxilium, 23. — legatus ad Æquos, 25. — decemvir legibus scribendis, 36. — ejus ingenium non tam gnavum in malitia, quam in bono parum constans, 41. — mittitur ad bellum in Sabinos, ibid. — cum collegis exsilii causa solum vertit, 58.

Q. Fabius, legatus ad Gallos, ducem eorum occidit hasta, v, 35, 36.—cum duobus fratribus creatur tribunus militum, ibid. — ei dies dicta, vi, 1. — moritur, ibid.

Q. Fabius, uxoris T. Quintii Flaminini sororis filius, mittitur Romam, xxxii, 36.

Q. Fabius Ambustus, consul, iv, 52. — eo consule pestilentia coorta, ex eaque seditionibus finis imponitur, ibid.

Q. Fabius Ambustus, magister equitum, vii, 28.

Q. Fabius Ambustus, dictator, ix, 7.

Q. Fabius Buteo, prætor, sortitur Hispaniam ulteriorem, xxxiii, 24 et 26.

Q. Fabius Buteo, prætor, sortitur Galliam provinciam, xl, 18. — ei prorogatur imperium, 36. — creatur triumvir coloniæ deducendæ, 43. — quinquevir, ut de finibus cognosceret, xlv, 13.

Q. Fabius Buteo, Scipionis fratris filius, quæsturæ candidatus, commendatur a Scipione tribubus, lvi, 24.—quæstor, quatuor millia hominum in Hispaniam ducit, lvii, 2.

Q. Fabius Gurges, Maximi filius, aliquot matronas, stupri damnatas mulctat pecunia, x, 31.—ædem Veneris curat faciendam, ib. — cos. 47.—proficiscitur in Samnium, xi, 1.—vincitur a Samnitibus, 2.—accusatur, 4. — defenditur et excusatur a patre, 5-7. — ejus legati opera vincit, 8, 9. — se mitem ac moderatum præstat adversus Postumii consulis arrogantiam, 15, 16. — triumphat, 18. — censor, xiii, 35. — secundum consul, xiv, 12. —

triumphat, ibid. — legatus mittitur ad Ptolemæum Philadelphum, 38. — mira ejus in illa legatione abstinentia, 47. — princeps senatus, ib. tertium consul, xv, 14. — ex vulnere inter pugnandum accepto, moritur, 16.

Q. Fabius Labeo, quæstor urbanus, xxxiii, 42. — ei magnum certamen cum sacerdotibus propter tributum solvendum, ib. — creatur prætor, xxxvii, 47.—præest classi, 52. — trajicit in Cretam, 60.—ejus res in Asia gestæ, xxxviii, 39. — triumphat, 47. — candidatus consulatus, nec semel repulsam passus, xxxix, 32. — triumvir duabus coloniis deducendis, 44. — consul, 45. — pontifex in locum L. Valerii Flacci suffectus, xl, 42.

Q. Fabius Maximus Rullianus, ædilis curulis, viii, 18. — iterum, secundum quosdam auctores, x, 9, 11.—magister equitum, viii, 29.— adversus imperium L. Papirii dictatoris pugnat cum Samnitibus et prospere rem gerit, 30.—concremat arma hostilia, ibid. — citatur a dictatore, 32. — sese recipit ad triarios, qui eum dictatori eripiunt, ib. — fugit Romam, 33. — noxæ damnatus, donatur populo, 35.—vetatur quidquam pro magistratu agere, 36. — creatur cos. 38. — interrex, ix, 7. — dictator, 22. — capit Saticulam, ib. — vincit Samnites, 23. — iterum consul, 33. — adversus Etruscos proficiscitur eosque fundit, 35 sqq. — jussus a senatu, L. Papirium Cursorem, cui infestus privatim erat, dictatorem dicit, 38.— ob egregie perdomitam Etruriam ei continuatur consulatus, 41.—vincit Samnites et Umbros, ib. — ei prorogatur imperium, 42. — censor omnem forensem turbam in quatuor urbanas tribus conjicit, 46. — Maximi cognomen ei datur, ibid. — ab eo institutum, ut equites Idibus Quintilibus transveherentur, ib. — ædilis curulis, x, 9, 11. — invitus consul quartum creatur, x, 13. — vincit Samnites, 14. — consulatum recusat, 15. — consul quintum, 22. —ejus certamen cum P. Decio collega de provinciis, 24. — egregia ejus in agro Sentinati victoria, 27, 29. — triumphat, 30. — filio it legatus, xi, 8. — ejus triumphantis currum sequitur, 18. — princeps senatus, xiii, 35.—hujus filium cognomento Gurgitem censorem tum fuisse conjectura colligitur, ibid.

Q. Fabius, ædilitatem gerens, aliique ordinis senatorii juvenes, orta contentione pulsant legatos Apolloniatas, xv, 12. — deditur Apolloniatibus, sed remittitur, 13.

Q. Fabius Maximus Verrucosus, consul, xx, 16. — triumphat de Liguribus, 17. — censor, 24. — cos. iterum, 32. — legatus Carthaginem mittitur, xxi, 18. — prodictator creatur, xxii, 8. — dictator iterum, xxii, 9. — libros Sibyllinos inspici postulat, idque pervincit, 9.—ejus consilia de bello gerendo, 11. — pugnam detrectat, 12.— ejus artes, ibid. — magistrum equitum infestum sanis consiliis habet, ib. et 14. — ejus cunctatio et in castris et in Urbe infamis, 15. — ab Hannibale deluditur, 16, 17.—sacrorum causa Romam vocatur, 18. — inviolatum ab Hannibale agrum suum vendit captivis redimendis, 23.—eo absente, Minucius rem non improspere gerit, 24. — ipsi æquatur magister equitum, 25, 26. — cui laboranti et pæne jam victo fert suppetias, 28 et 29. — magister equitum sub ejus imperium auspiciumque sponte redit, 30. — exacto semestri imperio, abdicat se dictatura, 31. — ejus ad

L. Æmilium Paullum cos. oratio, 39. — ejus consilium post cladem Cannensem, 55. — creatur pontifex, XXIII, 21. — duumvir ædibus dedicandis, 31. — consul tertium, ibid. — ejus res gestæ, 46 - 48. - ejus oratio de creandis consulibus quam præstantissimis, XXIV, 8. — consul quartum creatur, 9. — Casilinum oppugnat, 19. — legatus filio consuli ad Suessulam venit, 44. — Hannibale ad Romam oppugnandam veniente censet abscedendum non esse a Capua, XXVI, 8. — consul quintum, XXVII, 7. — senatus princeps, 11. — Marcellum per literas monet, ut quam acerrimo bello detineat Hannibalem, 12. — Manduria vi capta, obsidet Tarentum et capit, 15. — Deos iratos Tarentinis jubet relinqui, 16. — Livium et Neronem, consules, sibi mutuo reconciliat, XXVII, 35. — Scipioni, in Africam transcendere cupienti, adversatur, XXVIII, 40. — ejus oratio, 40 sq. — truci oratione et sententia Scipionem impugnat, XXIX, 19. — moritur exactæ ætatis, XXX, 26. — ejus laudes, ib. — augur per LXII annos, ibid.

Q. Fabius, filius præcedentis, prætor, XXIV, 9. — sortitur Apuliam, 12. — absens creatur consul, 43. — patrem jubet descendere equo, 44. — Altinium Arpinum jubet vinciri, 45. — capit Arpos, 46. — ad exercitum Venusiam mittitur, XXVII, 29. — Idem forte legatus ab M. Livio consule Romam ad senatum mittitur, XXVIII, 9.

Q. Fabius, augur, in locum patris electus, XXX, 26. — moritur, XXXIII, 42.

Q. Fabius, quæstor, XXXIX, 29.

Q. Fabius Maximus, prætor, sortitur jurisdictionem peregrinam, XL, 18.

Q. Fabius Maximus, filius L. Æmilii Paulli consulis, XLIV, 35. — nuntius victoriæ de Perseo mittitur Romam, XLIV, 45; XLV, 1. — mittitur a patre ad Æginium et Agassas diripiendas, 27. — et ad Illyrios depopulandos, 33. — consul in Hispaniam proficiscitur, LII, 35. — ejus legatus funditur a Viriatho, 36. — vincit Viriathum, LIII, 4.

Q. Fabius Maximus, Æmiliani filius, consul, LXI, 8. — adversus Bituitum, Arvernorum regem, proficiscitur, 42. — cædit Arvernos, 44, 45. — vocatur Allobrogicus, 46. — triumphat, 73. — censor, LXV, 31.

Q. Fabio, Allobrogici filio, bonorum administratione interdicit prætor, LXVII, 26.

Q. Fabius Maximus Eburnus, consul, LXII, 24. — occidit filium dubiæ castitatis et cædis ministros manu mittit, LXVII, 25. — accusatus abit in exsilium, 26.

Q. Fabius Maximus Servilianus, consul, LIII, 24. — cum Viriatho pugnat, 25, 26. — ejus gesta adversus Lusitanos, 37. — ejus sævum factum in deditos, LIV, 10. — censor, LX, 6.

Q. Fabius Q. F. Q. N. Maximus a Cæsare sibi consul suffectus, a populo contemnitur, CXVI, 1. — triumphat, 2.

Q. Fabius Pictor Delphos ad oraculum mittitur, XXII, 57. — Delphis Romam redit, responsumque ex scripto recitat, XXIII, 11; vid. supra Fabius Pictor.

Q. Fabius Pictor, flamen Quirinalis, creatur prætor, XXXVII, 47. — ei Sardinia provincia evenit, 50. — prohibetur a pontifice maximo ire in provinciam, 51. — flamen Quirinalis moritur, XLV, 44.

Q. Fabius Sanga docet Ciceronem, Allobrogum legatos a Catili-

nariæ conjurationis sociis sollicitatos, CII, 89.

Q. FABIUS Vibulanus, consul, IV, 37. — tribunus militum consulari potestate, 47 ubi vid. not. 2. — iterum, 49. — interrex, 51.

FABRATERIA, oppid. Volscorum; unde Fabraterni recepti a Romanis in fidem, VIII, 19.

FABRATERIA colonia, in Volscis, LX, 31.

C. FABRICIUS Luscinus, consul, vincit Samnites, Bruttios et Lucanos, XII, 5, 6. — triumphat, 20. — legatus captivorum redimendorum causa mittitur ad Pyrrhum, XIII, 14.—bene habetur a Pyrrho, 15.— eum sibi conciliare cupit Pyrrhus, 17, 18. — abnegat Fabricius, 20-25.—ejus judicium de Epicuri secta, 27. — ejus supellex, 28. — consul iterum, 44. — amicum s. medicum Pyrrhi, venenum regi parantem aversatur et indicat, ibid. et 45.— de Lucanis, Bruttiis, Tarentinis et Samnitibus triumphat, 51.—simultas inter eum et Rufinum, 52. — censor severus, senatu movet Rufinum bis consulem et dictatorem, quod argenti facti, cœnæ gratia, pondo decem haberet, XIV, 33.

C. FABRICIUS Luscinus, prætor, sortitur jurisdictionem urbanam, XXXIII, 42, 43.—legatus, XXXVII, 4.

L. FABRICIUS C. F. curator viarum reficit pontem Fabricium, vid. CXXXVI, 21.

Q. FABRICIUS, tribunus plebis, ejusque de reditu Ciceronis rogatio, CIV, 45.—a Clodianis repellitur, 46.

Fabrum centuriæ duæ in prima classe, I, 43.

FÆSULÆ, opp. Etruriæ ad radices Apennini, hodie *Fiesole*, *Fiezola*, regio erat inprimis Italiæ fertilis, omnium copia rerum opulenta, XXII, 3.

Falarica, genus teli, XXI, 8; XXXIV, 14.

Falcatæ quadrigæ; v. Quadrigæ.

P. FALCIDIUS, tribunus plebis, CXXVII, 28.

Falerina tribus addita, IX, 20.

FALERII, oppidum Etruriæ, hod. *Falari*, V, 27; X, 14; XXI, 1.

FALERNUS ager in Campania inter Cales et Sinuessam, VII, 26; X, 20, 21; XXII, 13, 14.—dividitur, usque ad Vulturnum fluvium, plebi Romanæ, VIII, 11.

FALISCI, incolæ Faleriorum, auxilio veniunt Veientibus et Fidenatibus, IV, 17. — ad Veios, a Romanis obsessos, accedunt, V, 8.—adoriuntur castra Romanorum, ibid. et 13. — vincuntur a Camillo, 19. — eorum castra capiuntur, et urbs obsidetur, 26. — magistri, Faliscam juventutem prodentis, supplicium, 27. — Falisci dedunt se Romanis, ib. — rebellant, VII, 17. — inducias quadraginta annorum impetrant 22. — iis bellum indicitur, X, 45.— pacem petentibus induciæ annuæ datæ, 46. — eorum legati Romanos docent, Etruscos concilia de pace petenda habere, X, 14. — bellum moliuntur, XIX, 66. — dediti mulctantur, 67.

FALISCUS ager, X, 12, 26 et 27.

Fames Romæ, II, 34; III, 32. — tanta, ut multi ex plebe, capitibus obvolutis, se in Tiberim præcipitarint, IV, 12, 52. — in castris ad Lilybæum, XIX, 10.—Capuæ, XXV, 13. — Casilini, XXIII, 19. —Peteliæ, XXIII, 30. — Numantiæ, LIX, 3, 5. — in castris Cæsaris ad Dyrrhachium, CXI, 35.

FANGO; vid. Fuficius.

FANNIA, olim a Mario impudicitiæ damnata, eum Minturnis captivum benigne excipit, LXXVII, 37.

FANNIUS Cæpio conspirat in Au-

gustum, cxxxvi, 11. — fugiens interficitur, 12.

C. Fannius, tribunus plebis, xxxviii, 60.

C. Fannius C. F. C. N. Strabo, consul, xlvi, 36.

C. Fannius, legatus ad Dalmatas, xlvii, 13.

C. Fannius primus Carthaginis muros conscendit, li, 49. — ejus virtus insignis, liii, 26. — consul contendit cum C. Graccho, lx, 79.

L. Fannius Mithridatem incitat ad fœdus ineundum cum Sertorio, xciii, 6.—hostis a senatu judicatur, 7. — vincitur a Mamerco, xciv, 20.

Fanum Æsculapii tabulis pictis exornatum, xliii, 6. — Apollinis, et oraculum ad Hieran Comen xxxviii, 12, 13. — Dianæ, i, 45. — Concordiæ, lxi, 35. — Fortunæ publicæ, cxiii, 29. — Feroniæ, i, 30. — Herculis, xl, 51. — Palloris, i, 27. — Pavoris, ibid. — Proserpinæ, xiv, 23; xxix, 18 — expilatum a Pyrrho, xiv, 23. — a Pleminio, xxix, 8, 18; xxxi, 12; xxxii, 1. — Quietis, iv, 41. — Termini, i, 55. —Voltumnæ, iv, 23, 25, 61; v, 17; vi, 2. — Fanum quomodo differat ab æde, x, 37. — Fanorum expiatio in libris per duumviros quæsita, v, 50. — in fanis omnibus, in quibus lectisternium majorem partem anni fieri solet, consules res divinas majoribus hostiis faciunt, xxxvi, 1.

Farris selibræ et quartarii vini M. Manlio datæ, v, 47.

Fas audi, viii, 5, 4.

Fasces non ambo coss. in Urbe castrisve habent, ii, 1, 11; ix, 8. — populo submissi a P. Valerio, ii, 7. — capti a Pœnis, ponuntur ante tribunal imperatoris, xxv, 16. — a multitudine concitata franguntur, ii, 55; iii, 49; xcix, 43.

Fasti dies facti a Numa, i, 19.

Fastos circa forum in albo proponit Flavius, ut, quando lege agi posset, sciretur, ix, 46. — fasti, in quos nomina consulum dictatorumque cum eorum rebus gestis referebantur, ix, 18. — fastos, id est, anni descriptionem corrigit Cæsar, cxv, 29, 31.

Fatales libri; v. Sibyllini et Libri.

Fati lege immobilis rerum humanarum series nectitur, xxv, 6.

Fauces ad Antigoniam, xxxii, 5. —Isthmi, xxxii, 21.—Thessaliam ab Athamania dividentes, xxxii, 14. — ferentes in Tempe, xxxiii, 13.

Faucia curia duabus insignis cladibus, ix, 38.

Faucula Cluvia; vid. Cluvia.

Fauni ædes, facta in insula ex pecunia multaticia, xxxiii, 42. — dedicata, xxxiv, 53.

Fauni aut Panis nomen spectrum notat, lxxxiv, 24. — Fauni cur humanam figuram caprina misceant? 25. — de Faunis et Satyris, conf. ibid. ex 12 ad 28.

Faustulus regii pecoris magister, Romuli et Remi servator et educator, i, 4, 5.

Faustus, Sullæ filius; vid. Cornelius.

Faveria, opp. Istriæ, vi capitur a Romanis, xli, 11.

Favonii venti, xxxvii, 23.

M. Favonius queritur in senatu de nece legatorum Alexandrinorum, civ, 75. — ædilis plebis, in carcerem conjicitur, cvi, 26.—ejus querelæ in Pompeium, cix, 45.—eum periculo liberat Scipio, cxi, 41. — cum Pompeio fugit in Ciliciam, cxii, 8. — cur eum non admiserit Brutus in societatem consilii de interficiendo Cæsare, cxvi, 42. — Bruto molestum se exhibet, cxxii, 37, 38.

M. Favonius, quæsitor de sodalitiis, cvii, 41.

Favor pravus in certaminibus ludicris, XLII, 63.

Fax arsit in cœlo; v. Prodigium. — facibus ardentibus armata multitudo, IV, 33. — facibus ardentibus anguibusque prælatis sacerdotes Tarquiniensium militem Romanum terrent, VII, 17.

Februariæ Calendæ, XXXVII, 58.

FECENIA Hispala; vid. Hispala.

Feciales; vid. Fetiales.

FELSINA, XXXIII, 37; v. Bononia.

Feminæ sunt in manu parentum, fratrum, virorum, tutorum, et nullam, ne privatam quidem, rem agere possunt sine auctore, XXXIV, 2; XXXIX, 18, 4.

Feminarum agnomina, Secunda, Tertia, Quarta, Quinta, ab ordine nascendi petita, XXIX, 14, 6.

FENECTANI campi in Latio, VIII, 12, 6.

Fenus et Feneratores; v. Fœnus.

Feralia, XXXV, 7.

FERENTANI; vid. Frentani.

FERENTINÆ lucus, I, 50, 52; VII, 25. — Ferentina aqua, I, 51. — Ferentinum caput, II, 38.

FERENTINUM, opp. Hernicorum in Latio, h. *Ferentino*, IV, 51, 61; VII, 9; X, 34; XXXII, 2.

FERENTINATI populo suæ leges redditæ, IX, 43; XXXIV, 42.

FERENTUM seu Forentum, oppid. Apuliæ, h. *Forenza*, IX, 20. — Ferentani siv. Frentani siv. Forentani vincuntur, 16.

FERETRIUS Jupiter; vid. Jupiter.

Feriæ per novem dies actæ, quod lapidibus pluisset, I, 31; vid. Novemdiale sacrum. — per triduum, III, 5. — Feriarum constituendarum causa dictator creatus, VII, 28. — Feriæ latinæ, in monte Albano actæ, I, 45, 2; V, 17, 19; VIII, 11; XVII, 28; XXI, 63; XXII, 1; XXV, 12; XXXII, 1. (Cf. Latinæ.) — ob terræ motum per dies duodequadraginta, XXXV, 40. — valetudinis populi causa indictæ, XLII, 2.

FERONIÆ, deæ Etruscorum et Latii, fanum, I, 30. — lucus et templum, XXVI, 11; XXVII, 4. — ædes in Capenate, XXXIII, 26. — donum a libertinis mulieribus datum, XXII, 1.

Ferrariæ et argentariæ in Hispania, XXXIV, 21.

Fescenninus versus, VII, 2.

Festum Dianæ per triduum Syracusis, XXV, 23. — tabernaculorum accurata religione celebratum apud Judæos, LVII, 41.

Fetiales mittuntur ad res repetendas, I, 24; IV, 30; VII, 6, 9, 16, 32; VIII, 22; IX, 45; X, 12. — ad fœdus feriendum, XXX, 43. — consulti de ratione indicendi belli, XXXI, 8; XXXVI, 3. — quibus ceremoniis utantur, I, 24, 32; IX, 5; XXX, 43. — duo faciunt fœdus, IX, 5, 3. — eorum jus, IX, 9, 2. — collegium, XXXVI, 3. — per eos Pœnis traduntur duo Romani, qui eorum legatos pulsarunt, XXXVIII, 42.

Fibulis donati equites, XXXIX, 31.

FICANA in Latio capta ab Anco, et inde cives traducti Romam, I, 33.

FICULNEA vetus, urbs Sabinorum, a Tarquinio Prisco capta, hodie Fanum *S. Vasile*, I, 38.

FICULNENSIS via, quæ postea Nomentana, III, 52.

FICUS Ruminalis, I, 4. — ad eam simulacra infantium, conditorum Urbis, sub uberibus lupæ posita, X, 23.

Fidei sacrosanctum nomen, XIX, 67. — solenne a Numa Pompilio institutum, I, 21. — in fidem se permittentes quo jure fuerint apud Romanos, XXXVI, 28.

FIDENÆ opp. Sabinorum ad Tiberim, colonia Romanorum, hodie *Castello Giubileo*, I, 27; IV, 17. —

deficiunt ad Veientes, ibid. — capiuntur, IV, 22, 33, 34.

FIDENATES bellum inferunt Romanis, I, 14. — vincuntur, ibid. — alterum cum Romanis bellum, 27. — vincuntur, ibid. — obsidentur, II, 19. — occidunt legatos Romanorum, IV, 17. — populabundi descendunt in agrum Romanum, 21. — vincuntur, multique sub corona venundantur, XXXIII, 34.

M. FIDUSTIUS bis proscriptus occiditur, CXX, 82.

L. FIGULUS classem cogit pro Dolabella, CXIX, 4.

Filio consuli pater justum honorem præstat, XXIV, 44. — filii jussu parentum necati, II, 5; IV, 29; VIII, 7.

Filo velatum fecialis caput, I, 32.

FIMBRIA; vid. FLAVIUS.

Fimo bubulo pro lignis utuntur, XXXVIII, 18.

FIRMUM colonia, XVI, 48. — opp. Piceni, hod. *Fermo:* unde Firmani, quorum fides in Romanos laudata, XXVII, 10.

FIRMANA cohors, stativum sub costris præsidium, XLIV, 40.

Fisci et ærarii differentia statuitur, CXXXIV, 82.

FLACCUS; vid. FULVIUS et VALERIUS.

FLAMEN, cognomen Q. Claudii.

Flamen Dialis; vid. Dialis Martis, I, 20; XXIX, 11; XLV, 15. — Quirinalis, I, 20; V, 40; XXIV, 8; XXXVII, 47 et 51. — flaminem apicatum mori triste et inauspicatum urbi habebatur, LXXX, 44. — Flamines bigis, curru arcuato, ad Fidei sacrarium vehi jubet Numa, I, 21. — Flaminibus cura sacrorum demandata, I, 33. — Flaminum Vestaliumque hospitium, a Cæritibus religiose cultum, VII, 20. — Flamines abesse a sacris non possunt, atque adeo in provinciam ire vetantur a pontifice maximo, XIX, 53; XXIV, 8; XXXVII, 51; LIX, 29, 30.

FLAMINIA prata, III, 54, 63. — via, XX, 58; XXII, 11; XXXIX, 2.

L. FLAMININUS, XLIII, 11. — *De eo et cæteris Flamininis;* vid. Quintius, et de hoc cognomine ad XXXII, 7, 4.

FLAMINIUS circus, III, 54; XXVII, 21; XL, 52.

C. FLAMINIUS, trib. plebis, fert legem de Piceno et Gallico agro plebi dividendo, XX, 18. — spernit minas senatus, sed a patre de rostris detrahitur, 19. — prætor in Siciliam primus mittitur, 33. — fit consul, 46. — primus Romanorum Padum transit cum exercitu, ib. — revocatur a senatu, ex augurum responso, qui consules vitio creatos esse dixerant, 47. — non lectis senatus literis pugnat et vincit, 48, 49. — post eas lectas remanet tamen in provincia, et reversus Romam triumphat, 50. — censor, viam munit et Circum exstruit, 58. — iterum consul, XXI, 57. — clam in provinciam abit, et Arimini consulatum init, 63. — de eo querelæ Romanorum, XXII, 1. — ejus ferocia, 3. — ad Trasimenum lacum circumventus ab Hannibale, in prælio cadit, 4, 6.

C. FLAMINIUS quæstor, XXVI, 47, 49. — ædilis curulis, XXXIII, 42. — tritici decies centum millia binis æris populo dividit, ibid. — creatur prætor, XXXIV, 54. — sortitur Hispaniam citeriorem, 55. — in Hispania expugnat Litabrum oppidum, XXXV, 22. — creatur consul, XXXVIII, 42. — defendit M. Fulvium contra Ambracienses, 43. — Friniates Ligures, pluribus secundis præliis factis, in deditionem accipit, iisque arma adimit, XXXIX, 2. — domat Apuanos, ibid. — viam

a Bononia perducit Arretium, ibid. — triumvir coloniæ Aquileiam deducendæ, XXXIX, 55 ; XL, 34.

Q. FLAMINIUS creatur decemvir agro dividundo, XXXI, 4.

Flamma circa caput Servii infantis dormientis, I, 39. — flamma, a capite concionantis Marcii emicans, XXV, 39. — flamma, in proris navium prælata, arcet hostes, ne propius accedant, XXXVII, 11.

FLAVIUS LUCANUS prætor, XXV, 16. — prodit Ti. Gracchum, ibid.

C. FLAVIUS Cn. F. scriba, humilique fortuna ortus, ædilis curulis, IX, 46. — certat adversus nobiles, ibid.—jus civile, repositum in penetralibus Pontificum, evulgat, ibid. — Fastos circa forum in albo proponit, ibid. — dedicat ædem Concordiæ, ibid.—curulem sellam sibi adferri jubet, quum nobilium nemo ei assurgeret, ibid.

C. FLAVIUS Fimbria, consul, LXVII, 18.

C. FLAVIUS Fimbria crudelissimus Cinnæ satelles, occidit L. Cæsarem, LXXX, 40. — diem dicit Scævolæ vulnerato, et ex vulnere non mortuo, 48. — cum Valerio Flacco cos. legatus in Asiam venit, LXXXII, 57. — eorum discordia, 58. Fimbria seditionem concitat, 61, 62. — sociorum spoliis milites ditat, 62. — occidit Flaccum consulem, 64. militari consensu imperium in Fimbriam transfertur, ibid. — ejus adversus Mithridatem res gestæ, LXXXIII, 1. — stratagema et victoriæ, 2. — crudelitas et avaritia, 3. — vincit Mithridatem, 5. — capit et delet M. Ilium, 6, 7. — contra eum movet Sulla, 31. — Fimbriæ milites multi ad Sullam transeunt, 32. — Sullæ percussorem subornat, 33. — cum Rutilio colloquitur, 34.— Pergami Æsculapii templum ingressus, se transfigit gladio, ibid.

FLAVIUS Fimbria e Carbonianis ducibus, ab Albinovano inter epulas interfectus, LXXXVIII, 3.

C. FLAVIUS Pusio, princeps equestris ordinis, LXXI, 21.

L. FLAVIUS, tribunus Plebis, Metellum consulem in carcerem ducit, CIII, 57, 59. — ejus improbitas, 60. — prætor, commissum suæ custodiæ a Pompeio Tigranem, ereptum deinde sibi a P. Clodio frustra repetit, 124, 125.

M. FLAVIUS dat visceratione populo in funere matris, VIII, 22. — tribunus plebis, 37. — fert ad populum, ut in Tusculanos animadvertatur, ibid.

M. FLAVIUS, scriba, a Cæsare adhibitus ad corrigendos fastos, CXV, 29.

M. FLAVOLEIUS centurio, II, 45.

FLOBONIA, virgo Vestalis, stupri comperta, XXII, 57.

Flumen manavit sanguine, XXIV, 44 ; vide prodigia. — flumine vivo perfundebantur sacrificaturi, etc. I, 45, 7. — fluminum transeundorum ratio, LXVIII, 48.

Flumentana porta, VI, 20; XXXV, 21. Sed vid. Nomentana.

Fœdus quid sit, quo ritu fiat, et quomodo a sponsione differat, I, 24; IX, 5.—ejus tria genera, XXXIV, 57. — de fœderum jure inter Romanos Carthaginiensesque disceptatio, XXI, 19. — fœdus Romanorum cum Pœnis primum, II, 8, 10. — alterum, VII, 27. — tertium, IX, 43. — quartum Epit. 13. — quintum, XIX, 60, 61. Conf. XX, 6, 31. — sextum, XXI, 2. Conf. XXX, 37, 43.—cum Ætolis, XXVI, 24; XXXVIII, 9.—cum Illyriis, XX, 30.—cum Philippo, XXIX, 11 ; XXXIII, 30. — cum Nabide, XXXIV, 35. — Antiocho, XXXVIII, 38. — Philippi cum Hannibale, XXIII, 33.

Fœnus unciarium, VII, 16, 21. — semunciarium factum ex unciario, VII, 27. — fœnere obruti debitores, XXXV, 7.

Fœneratores mulctantur, VII, 28; X, 23; XXXV, 41. — eorum improbitas, VIII, 28; XI, 25, 26. — ex Sardinia fugautur, XXXII, 27.

Fons Herculis Cære, XXII, 1.

A. FONTEIUS, tribunus militum, a Cæsare dimittitur cum ignominia, CXIV, 27.

M. FONTEIUS creatur prætor, XLV, 44.

P. FONTEIUS Balbus creatur prætor, XLIV, 17.—sortitur Hispaniam, ibid.

P. FONTEIUS Capito prætor, XLIII, 11. — sortitur Sardiniam, 15.

T. FONTEIUS legatus, XXV, 34; XXVI, 17.

T. FONTEIUS Capito creatur prætor, XL, 59.—proconsul in Hispania manere jubetur, XLI, 15.

FONTINALIS porta, XXXV, 10.

Forem ex æde Lunæ, quæ in Aventino est, raptam fert atrox tempestas et in posticis parietibus Cereris templi adfigit, XL, 2. — Fores Sulpicii, tribuni militum, virga percutit lictor, VI, 34.

FORENTUM et Forentani; vid. Ferentum.

Fori in circo, I, 35 et 56. — Fori publici, XXIX, 37; XLV, 1.

FORMIÆ, oppidum Auruncorum in Latio, h. *Mola*, in intimo recessu sinus Formiani s. Cajetani, XXXV, 21.—Formiis prodigia, ib.

FORMIANA saxa, XXII, 16.

FORMIANIS civitas sine suffragio data, VIII, 14. — tum longo post tempore suffragii latio, XXXVIII, 36.

FORMIANUS ager, X, 31.

FORMIANUS mons, XXXIX, 44.

Formulæ votorum, XXII, 10; XXXVI, 2.—solennes, synonymis abundantes, I, 32; XXII, 10, 2. — belli indicendi, I, 32.

Fornix in Capitolio cum septem signis auratis et duobus equis, positus a P. Cornelio Scipione Africano, XXXVII, 3. — fornices duo de manubiis facti ab L. Stertinio, XXXIII, 27. — Fornices in muro apti ad excurrendum, XXXVI, 23.

Fornicata via, XXII, 36.

Fortuna adjuvat fortes, VIII, 29. — ludit et jocatur, XXX, 30, 3.—nec prospera efferat, nec adversa infringat animum, XLV, 8.

FORTUNÆ ædes Præneste, XXIII, 19; XLII, 1. — Romæ intra portam Carmentalem incendio absumitur, XXIV, 47. — reficitur, XXV, 7. — in foro Boario, XXXIII, 27.—Equestris, XL, 40 et 44; XLII, 3, et 10.—Fortis Fortunæ ædes, X, 46; XXVII, 11.— Fortunæ muliebris templum, II, 40. Primigeniæ ædes in colle Quirinali, XXIX, 36; XXXIV, 53; XLIII, 13. — Fortunæ in Algido supplicatio imperata, XXI, 62. — Fortunæ populi Romani inopinata salus in magno periculo tribuitur, I, 46; II, 40; VI, 30, 3; XXXVIII, 46. — Fortunam nimiam hominibus invident dii, X, 13, 5.

FORTUNATÆ insulæ detectæ, in quas fugere cupit Sertorius, XC, 23.

FORULI, vicus Sabinorum, hod. *Civita Tomassa*, XXVI, 11.

Forum Romæ, I, 12. — ornatum scutis auratis Samnitium, IX, 40.— inde initium fori ornandi ab ædilibus, ibid. — medium specu vasto collapsum in immensam altitudinem VII, 6. — circa forum fastos in albo proponit C. Flavius, ut, quando lege agi posset, sciretur, IX, 46. — in forum per viatorem accitæ matronæ veneficæ, VIII, 18. — in foro medio captivi et defectionis auctores virgis cæsi et securi percussi,

VII, 19; IX, 24; XXVIII, 28. — ibi suggestum adornatum rostris navium Antiatum, unde Rostra, 8, 14. — Forum Boarium, X, 23; XXI, 62; XXII, 57; XXVII, 37; XXIX, 37; XXXV, 40. — in foro Boario ante Fortunæ ædem fornix factus ab L. Stertinio, XXXIII, 27. — Olitorium, XXI, 62. — ad Forum Olitorium Jani templum structum, XVII, 27; XL, 34. — in foro Olitorio ædes Junonis Sospitæ dedicata, XXXIV, 53. — Piscatorium, XXVI, 27; XL, 51. — extra portam Trigeminam, XL, 51. — quæstorium in castris, XLI, 2.

M. Fossius, trib. milit. consulari potestate, IV, 25.

M. Fossius Flaccinator consul creatur, IX, 20.—magister equitum, 26. — iterum, 28.

Fossa Cluilia, I, 23; II, 39. — Drusiana, CXXXVII, 11. — Græca, XXVIII, 46. — Quiritium, opus Anci regis, I, 33.

Frater fratri, etiam filium habenti, succedit in principatum apud Hispanos, XXVIII, 21. — item apud Numidas, XXIX, 29. — frater sororque tori et regni consortes, XXVII, 4, 6. — fratres germani collegæ in consulatu, XL, 4; XLIII, 3. — in prætura, XL, 44. — discordes, XLV, 19. — frater fratrem ignorans interficit, mox sese eodem gladio transfigit, LXXIX, 26.

Fregellæ, oppidum Volscorum ad Lirim, colonia Romanorum, VIII, 22.—occupantur a Samnitibus, IX, 12.—obiter expugnantur a Pyrrho, XIII, 12.

Fregellana arx capitur a Samnitibus, IX, 28. — recipitur, ibid.

Fregellani rebellantes ab Opimio opprimuntur, LX, 23, 24. — Fregellanorum in Romanos fides, XXVII, 10. — equitum fortitudo, 26, 27.

Fregellanus ager; vid. XXVI, 9.

Fregenæ, oppid. Etruriæ, hod. *la Macarese*, non longe ab ostiis Tiberinis colonia, XIX, 48.—ei negatur vacatio rei navalis, XXXVI, 3.

Frentani, qui oram maris superi, ab Aterno amne (hod. *Pescara*) ad Frentonem fl. (h. *Fortore*) obtinebant in hod. *Abruzzo cit.* uno prælio debellantur, IX, 16.—oratores mittunt Romam, petentes pacem, 45. — iis fœdus datum, ib. vid. et XV, 7; LXXII, 8.

Frentanus ager, XXVII, 43.

Fresilia, oppidum Marsorum, capitur a Romanis, X, 3.

Friniates (al. Briniates) Ligures C. Flaminius consul, pluribus præliis secundis factis, in deditionem accipit, iisque arma adimit, XXXIX, 2.

Frisios bello petit Drusus; vid. CXXXVII, 7.

Frontalia elephantorum et cristæ et tergo impositæ turres addebant speciem, XXXVII, 40.

Frumentaria lex C. Gracchi, LX, 44.

Frumentum ex Campania aliisque locis Romam advehitur, II, 34, 52. — quaternis æris populo vicatim descriptum, XXX, 26; XXXI, 4.—binis æris, XXXI, 50; XXXIII, 42; vid. CXXXVI, 43. — pro vectura nautis relictum, XXX, 38. — duplex militi post victoriam, iterumque post triumphum, a L. Scipione datum, XXXVII, 59. — Frumentum a provincialibus dandum, et a magistratibus Rom. æstimatum et emptum, XLIII, 2, 7. — ejus duæ decumæ exactæ, XXXVI, 2; XXXVII, 2.

Frusinas ager, XXVI, 9.

Frusinates conjurantes damnantur tertia parte agri, X, 1.—capita conjurationis, virgis cæsi, securi percutiuntur, ibid.

Frusino, oppid. Volscorum ad

Cosam fl. et fines Campaniæ, hod. *Frosinone*, xxvii, 37.

Fucinus lacus in Marsis, hodie dicitur *Lago Fucino s. Lago di Celano s. di Tagliacozzo in Abruzzo ulteriore*, iv, 57.

C. Fuficius Fango mittitur in Africam a Cæsare Octaviano, cxxvii, 5. — ei bellum infert Sextius, 6. — Fango sibi consciscit necem, 7.

L. Fufius postulat M'. Aquillium de repetundis, lxx, 4.

M. Fufius M. F. Strigo præest ludis secularibus, cxxxvi, 46.

Q. Fufius Calenus, trib. plebis, favet Clodio, reo violatæ religionis, ciii, 30. — prætor fert legem, uti singulorum corporum suffragia seorsum colligantur, 95. — legatus Cæsaris Pompeianos deducit ex Hispania, cx, 35. — ejus in Phocide et Bœotia res gestæ, cxi, 42.—expugnat Megarenses, cxii, 57.— cos. tantum nomine, 61. — Antonii amicus, et a Cicerone dissidere in senatu solitus, cxviii, 21.

Fuga impedita, dum dux milites a suis haberi jubet pro hostibus, xxxvii, 43.

Fugitivi, Euno duce, in Sicilia rebellant, lvi, 26 seqq. vid. Eunus. — Alterum fugitivorum bellum in Sicilia, lxvii, 29-44; vid. Athenio et Salvius.—in his bellis consumpta servorum decies centena millia, lxix, 47. — fugitivi qui se dediderant M'. Aquillio, in Circum deducti, mutuis vulneribus se conficiunt, lxx, 4. — fugitivi Spartaco duce in Italia rebellant, xcv, 2-10; vid. Spartacus. — interfecto in pugna Spartaco, per globos sparsi circumveniuntur, xcvii, 12. — quosdam et Pompeius concidit, xcvii, 13.— fugitivi, quibus Sex. Pompeius perfugium apud se dederat, post ejus cladem puniuntur, cxxix, 44.

C. Fulcinius, legatus, jussu Tolumnii interficitur, iv, 17. — ei statua publice in Rostris posita, ibid.

Fulfulæ, oppidum in Samnio, xxiv, 20.

Fulmen aureum pondo L donum Jovi factum, xxii, 1. — fulmine ictus Romulus Silvius, i, 3. — icta Spei ædes; vid. Prodigium. — multi icti milites, x, 31. — fulmine icta Helvia virgo, lxii, 54.

Fulvia ostendit multitudini vulnera interfecti a Milone mariti Clodii, cvii, 21. — testimonium dicit in Milonem, 38. — uxor Antonii, periclitatur de bonis, cxix, 31. — in eam æquitas Pomponii Attici, ib. — Ciceronis occisi linguam compingit acubus et calamistro, cxx, 67. — multos curat occidendos, 68. — Fulviæ potentia, cxxv, 5.—cum L. Antonio molitur oppugnare Octavianum, 6. — gladio cincta et signum dare militibus, conciones habere sueta, 33. — moritur, cxxvii, 20. — ejus mors aperit reducendæ paci viam, ibid. et 23.

Fulvius Flaccus, legatus, xxii, 12.

A. Fulvius, senator, filium ad Catilinam proficiscentem necat, cii, 88.

C. Fulvius, quæstor, Hannibali traditur, xxi, 59.

C. Fulvius, legatus, xxvi, 14, 33; xxvii, 8.

C. Fulvius Curvus, ædilis plebeius, x, 23.

C. Fulvius Flaccus, consul, lvi, 24. — Siciliam provinciam accipit, 25, 41.

Cn. Fulvius, legatus, x, 4. — consul, 11. — vincit Samnites, 12. — triumphat, ibid. — proprætor, 26. — Etruriæ fines depopulatur, 27. — vincit Etruscos, 30.

Cn. Fulvius, prætor, xxxvi, 45.

— sortitur jurisdictionem peregrinam, XXXVII, 2.

Cn. Fulvius Centumalus, ædilis curulis, XXIV, 43 —prætor creatur, ibid. — ei evenit provincia Suessula, 44. — creatur consul, XXV, 41; XXVI, 1.—ei prorogatur imperium, 28. — vincitur ab Hannibale ad Herdoneam et cum undecim tribunis cadit, XXVII, 1.

Cn. Fulvius Flaccus, prætor, XXV, 2. — sortitur Apuliam, 3. — prosperis rebus solutus ad socordiam, 20. — ad Herdoneam vincitur ab Hannibale, 21. — ob exercitum in Apulia amissum ei dies dicta, XXVI, 2 — primo pecunia, mox capite in eum anquiritur, 3. — it Tarquinios in exsilium, ibid.

Cn. Fulvius movetur senatu a fratre censore, XLI, 27.

Cn. Fulvius Gillo creatur prætor, XLV, 14. — sortitur Hispaniam citeriorem, 16.

Cn. Fulvius Cn. F. Cn. N. Maximus Centumalus clavi figendi causa dictator dictus, XVI, 48.

L. Fulvius Curvus, consul, VIII, 38. — magister equitum, IX, 21.

M. Fulvius Flaccus, consul, XV, 18. — punitis Volsiniensium servis triumphat, XVI, 39.

M. Fulvius, secundum quosdam auctores, consul suffectus Ti. Minucio, IX, 44.

M. Fulvius, tribunus militum, X, 14.

M. Fulvius, tribunus militum, occiditur in pugna, XXVII, 12.

M. Fulvius, tribunus plebis, XXXII, 7.

M. Fulvius, legatus, XLIII, 1.

M. Fulvius Centumalus, prætor, XXXV, 10, 20, 23, 24. — sortitur jurisdictionem urbanam, 20.

M. Fulvius Flaccus, decemvir agro dividundo, XXXI, 4.

M. Fulvius Flaccus, legatus in Macedoniam, XLIII, 11.

M. Fulvius Flaccus, triumvir coloniæ deducendæ, XXXIX, 44.

M. Fulvius Flaccus, triumvir agris dividundis, cum C. Gracco et C. Carbone, LIX, 72.—Africanum multis conviciis petit, 78.— allatæ Africano mortis magnopere suspectus, 82. — consul, LX, 18. — fert leges perniciosas, 20. — Massiliensium necessitatibus ex urbe avocatur, 21. — triumphat de Salluviis, Liguribus et Vocontiis, 38, 39. — C. Gracchum exstimulat ad resistendum senatui, LXI, 14.—vocatus cum eo in curiam ad reddendam rationem actorum, arma parat, 20, 21.— occupat Aventinum, 23. — munit ædem Dianæ, 25. — cum filio majore interficitur, 27. — domus ejus diruitur, 34.

M. Fulvius Nobilior, ædilis curulis, XXXIII, 42.—creatur prætor, XXXIV, 54. — sortitur Hispaniam ulteriorem, 55. — Vaccæos, Vectones et Celtiberos fundit fugatque, XXXV, 7. — proconsul, multa prospere gerit, 22. — ovans Urbem ingreditur, XXXVI, 21, 39. — creatur consul, XXXVII, 47. — ei provincia Ætolia evenit, 50 — proficiscitur in Epirum, XXXVIII, 3. — Ambraciam urbem oppugnat, 4-9. — donatur corona aurea CL pondo, ibid. — perdomitis Ætolis, recipit Cephalleniam, 28, 29. — componit res Achæorum, 30. — comitiorum causa proficiscitur Romam, 35. — redit in provinciam, eique in annum prorogatum imperium, ibid.—eum accusant Ambracienses, 43. — defenditur a C. Flaminio, ibid. — ex Ætolia rediens petit triumphum, XXXIX, 4. — M. Aburius, tribunus plebis, intercedit, ibid. — Gracchi oratio pro M. Fulvio, 5.—triumphat

de Ætolis et Cephallenia, ibid. — per dies decem, ludos, quos voverat Ætolico bello, facit, 22. — censuram petit, 40. — creatur triumvir coloniis deducendis, 44. — censor, XL, 45. — inimicus M. Æmilio Lepido, XXXVII, 47; XXXVIII, 43, 44; XXXIX, 4; XL, 45, 46. — reconciliatur cum M. Æmilio, XL, 46. — ejus opera publica, 51. — lustrum condit, XLI, 2.

M. Fulvius Nobilior, tribunus militum, mensibus suis dimittit legionem, obque id factum in Hispaniam relegatur et a fratre senatu movetur, XL, 41.

M. Fulvius Nobilior, tribunus plebis, XLII, 32.

M. Fulvius M. F. M. N. Nobilior, ædilis curulis, XLVI, 4. — consul, XLVII, 1. — de Eleatum populo triumphat, 13.

M. Fulvius Pætinus, consul, X, 9.

Q. Fulvius ædilis curulis, XXX, 39.

Q. Fulvius, trib. pl. XXXII, 8.

Q. Fulvius, legatus, XXXII, 36.

Q. Fulvius M. F. triumvir epulo cooptatur, XL, 42.

Q. Fulvius Flaccus creatur consul, XX, 7. — censor vitio factus abdicat, 21. — iterum consul, 45. — pontifex, XXIII, 21. — prætor, 24. — sortitur jurisdictionem urbanam, 30. — prætor refectus cum jurisdictione urbana, XXIV, 9. — magister equitum, XXV, 2. — tertium consul, ibid. — pontificatum maximum petens, repulsam patitur, 5. — Hannonis castra oppugnat et capit, 13, 14. — ei prorogatum imperium, XXVI, 1. — Capuam obsidet, 4. — Romam euntem Hannibalem sequitur, 8, 9. — ingreditur Romam cum exercitu, 10. — redit Capuam, 12. — virgis cædi et securi percuti jubet senatores Campanos, 15. — accusatur a Campanis, 27, 33. — dictator dicitur, XXVII, 5. — iis comitiis, quæ habebat ipse, creatur consul quartum, 6. — ejus senescit fama, 20. — ei prorogatur in annum imperium, 22. — iterum, 35.

Q. Fulvius Flaccus, ædilis plebis, XXXVIII, 35. — creatur prætor et sortitur Sardiniam, 42. — legatus Æmilii Paulli, XL, 27. — consul, 37. — bellum gerit cum Apuanis Liguribus, 41.

Q. Fulvius Flaccus (illius frater patruelis) ædilis curulis designatus, petit præturam, impetrassetque, nisi senatus comitia sustulisset, XXXIX, 39. — fit prætor, 56. — sortitur Hispaniam citeriorem, XL, 1. — Urbicuam capit, 16. — ejus res gestæ adversus Celtiberos, 18, 30, 33. — rursum vincit Celtiberos, 39, 40. — ædem Fortunæ Equestri et ludos Jovi vovet, ibid. — pontifex cooptatur, XL, 42. — quum extra Urbem triumphi causa esset, creatur consul cum L. Manlio Acidino, fratre germano, 43. — de Celtiberis triumphat, ibid. — ejus ludi, 45. — creatur censor, XLI, 27. — fratrem germanum et consortem senatu movet, ibid. — ejus opera publica, ibid. — ædem Fortunæ Equestris enixo studio facit, et ex æde Junonis Laciniæ marmoreas tegulas detrahit, XLII, 3. — ædem Fortunæ Equestris dedicat, 10. — laqueo sibi gulam frangit, 28.

Q. Fulvius Nobilior ædilis curulis, XLVII, 1. — consul improspere cum Segidensibus pugnat, 36, 38. — plura detrimenta patitur, 38, 39. — censor, collegæ fervidum animum obsequio mitigat, LVI, 19.

Q. Fulvius Nobilior, triumvir coloniæ deducendæ, XXXIX, 44.

Q. Fulvius Gillo, legatus Sci-

pionis, xxx, 21. — prætor, xxxi, 4. — sortitur Siciliam, 6.

Serv. Fulvius Flaccus, consul, Ardyæos subigit, lvi, 20-22.

Funda prævalida (Achaica) describitur, xxxviii, 29.

Fundanis populis (conf. Fundi) civitas sine suffragio data, viii, 14. — sociant se Privernatibus, bello Romanos lacessentibus, 19. — orant veniam, ibid. — iis datur latio suffragii, xxxviii, 36.

C. Fundanius diem dicit Claudiæ Appii Cæci filiæ, xix, 39. — consul, 50.

M. Fundanius, tribunus plebis ad plebem fert de lege Oppia abroganda, xxxiv, 1.

M. Fundanius Fundulus, ædilis plebeius, aliquot matronas probri accusat, xxv, 2.

Fundi, opp. Auruncorum inter Formias et Tarracinam, h. *Fondi*, xli, 27.

Funditores in exercitu Pyrrhi, xii, 23; xxvii, 38; xxxvi, 18. — Achæi eorumque in bello maximum momentum, xxxviii, 29. — Baleares eorumque peritia, xxviii, 37; lx, 35; vid. et xxi, 21. — Cyrtæi, xxxvii, 40.

Funebres laudationes seu laudes, ii, 47, 61. — matronis concessæ, v, 50. — vitiant historiam, viii, 40. — funebres ludi, xxiii, 30; xxviii, 21, 45; xxxi, 50; xxxix, 46.

Funus prosequutis mulsum datum, xxxviii, 55. — publicum, xxx, 45. — funeris causa data epulum, visceratio, munus gladiatorium et ludi funebres, viii, 22; xxiii, 30; xxxix, 46. — in funus Menenii collati a populo sextantes, ii, 33. — in Valerii consulis quadrantes, iii, 18. — funera Romanorum ducum curata ab Hannibale, xxii, 52; xxv, 17; xxvii, 28.

Furcæ Caudinæ, vid. Caudium.

Furcis oppugnantes detruduntur scalis, xxviii, 3. — spectacula olim sustinebantur, i, 35. — furcis seu *furculis* oppugnatores suspendunt murum, xxxviii, 7. — sub furca virgis cædi, i, 26; ii, 36.

Furiæ genti fato quodam data Gallica bella, xxxi, 48.

Furii et Fusii iidem, iii, 4.

Furius, legatus, frater Sp. Furii, cos. ab Æquis cæditur, iii, 5.

Agr. Furius, consul, iii, 66. — collegæ summam imperii concedens, ab eo vicissim honoratur, 70.

Agr. Furius, tribunus mil. cons. pot. v, 32. — adversus Salpinates bellum gerit, ibid.

C. Furius, duumvir navalis, xli, 1. — legatus, xliii, 9.

C. Furius Aculeo, quæstor L. Scipionis, damnatur, xxxviii, 55.

C. Furius Pacilus, consul, iv, 12. — censor, probavit villam publicam in campo Martio, 22. — Mamercum Æmilium, qui censuram ad unius anni et sex mensium spatium redegerat, ærarium facit, 24; ix, 33. — tribunus mil. cons. pot. iv, 31.

C. Furius Pacilus, cos. iv, 52.

L. Furius, consul, resistit agrariæ legi, ii, 54. — post consulatum fit reus ad populum, ibid. — tribunus, qui eum accusabat, mortuus domi inventus, ibid.

L. Furius, tribunus militum consulari potestate cum Camillo, vi, 22. — ejus temeraria adversus collegam protervia, 23. — pugna initio improspera et corrigendæ culpæ studium, 24. — moderatio in eum Camilli, 25.

L. Furius, tribunus pl. ix, 42.

L. Furius Bibaculus, quæstor, in prælio ad Cannas occisus, xxii, 49.

L. Furius Camillus, dictator,

reddit Patribus possessionem pristinam consulatus, vii, 24. — ob id meritum consul creatur, ibid. — collega mortuo, solus rempublicam et bellum Gallicum administrat, 25. —vincit Gallos, 26.—adversus Græcos ad oram maritimam profectus, nullam memorabilem rem gerit, ibid. — dictator in pugna adversus Auruncos vovet ædem Junoni Monetæ, 28.

L. Furius Sp. F. M. N. Camillus, consul, viii, 13.—capit Pedum opp. ibid. — triumphat, ibid. — statua equestris ei in foro posita, ibid. — ejus oratio ad senatum de Latinis populis, ibid. — consul iterum, 29.

L. Furius Camillus, prætor leges dat Capuanis, ix, 20.

L. Furius Medullinus. (In hoc nomine tanti errores implicant apud Livium, ut haud facile ad liquidum perduci res possit. Nec tanti est. Itaque apponemus notam eorum locorum, in quibus L. Furius Medullinus aliquem magistratum gessisse dicitur, licet non omnia in unum hominem conveniant, et sint in duos tresve dispertienda, ut constat ex Sigonio ad iv, 44).

L. Furius Medullinus, tribunus mil. cons. pot. iv, 25, 35. — iterum, 44. — creatur consul, 51. consul iterum, 54, 61. — tribunus mil. cons. pot. quum jam functus eo honore esset, 57. — tertium, v, 14. — quartum, 16. — quintum, 24. — sextum, 26. — septimum, 32.

L. Furius Purpureo, tribunus militum, xxvii, 2. — prætor, xxxi, 4. — sortitur Galliam, 6, 10. — Gallos vincit, 21. — petit triumphum, 47.—de ea re variæ in senatu sententiæ, 48. — triumphat, 49.—creatur consul, xxxiii, 24.— per tribum Sappiniam in Boios venit, 37. — populatur agrum Boiorum, ibid. — ædes ab eo votæ, xxxiv, 53; xxxv, 41. — legatus, xxxvii, 55. — resistit Cn. Manlio, triumphum petenti, xxxviii, 44, 45, 54. — magna contentione censuram petit, xxxix, 40. — legatus in Galliam Transalpinam a senatu mittitur, 54.

L. Furius Purpureo, legatus ad concilium Ætolorum, xxxi, 29. — ejus oratio, 31.

L. Furius Philus, creatur prætor, xlii, 28.—sortitur Sardiniam, 31. — pontifex moritur, xliii, 13.

M. Furius defendit in senatu M. Aurelium, quem accusabant legati Philippi, xxx, 42.

M. Furius, legatus, xxxi, 21.

M. Furius Camillus, trib. mil. cons. pot. v, 1. — iterum, 10. — contra Faliscos proficiscitur, 12.— tertium tribunus mil. cons. pot. 14. — a Capena ingentes prædas agit, ibid. — interrex, 17. — dictator, 19.—ludos magnos ex SCto vovet, ibid. — vincit Faliscos, ibid. — cuniculum in arcem Veiorum agit, ibid. — Veios capit, 21.—ejus precatio, ibid. — curru equis albis juncto triumphans Urbem ingreditur, 23. — resistit legi de transmigrando Veios, 25. — religionem injicit de decima prædæ Veientanæ, ibid. — tribunus mil. cons. pot. quartum, 26. — Faliscum ludi magistrum, puerorum proditorem, remittit Falerios, 27. — invehitur in plebem, 29. — senatum incitat adversus legem, 30. — creatur interrex, 31. — ei ab L. Apuleio, trib. pl. dies dicta, 32. — abit in exsilium, et absens quindecim millibus gravis æris damnatur, ibid. — concitat Ardeates ad opprimendos Gallos populatores, 44, 45.—revocatur et dictator dicitur, 46. — cæsis Gallis triumphat, 49.—diligen-

tissimus religionum cultor, 50. — prohibet migrari Veios, habetque super ea re ad populum orationem, 51 et sqq. — interrex, VI, 1. — dictator tertium, 2. — capit Volscorum castra, ibid. — recipit Sutrium, ab Etruscis captum, 3. — triumphat, 4. — tribunus mil. cons. pot. quintum, 6. — ei regimen omnium rerum collegæ permittunt, ibid. — ejus res gestæ, 7-10. — in eum Manlii Capitolini livor, 11. — fit tribunus mil. cons. pot. sextum, 18. — septimum, 22. — ejus moderatio in collegam et victoria de hostibus, 23-25. — dictator quartum creatur, 38. — certamen inter eum et tribunos plebis, ibid. — se abdicat magistratu, ibid. — dictator quintum creatus, 42. — victis Gallis, triumphat, ibid. — discordias inter ordines sedat, ibid. — alter Romulus, V, 49. — ejus mors et laudes, VII, 1.

M. Furius Crassipes, coloniæ deducendæ triumvir, cui in triennium imperium esset, creatur, XXXIV, 53; XXXV, 40. — prætor creatus, sortitur Galliam, XXXVIII, 42. — insontibus Cenomanis arma adempta reddere jubetur a senatu, et provincia decedere, XXXIX, 3. — prætor iterum, XLI, 33. — sortitur Siciliam, XLII, 1.

M. Furius Luscus, ædilis pl. XXXIX, 7.

P. Furius, triumvir agro dando, III, 1.

P. Furius, tribunus plebis, LXIX, 30. — intercedit legi de reducendo in urbem Metello Numidico, et filium ejus ad genua sibi accidentem fastidit, 40. — a populo Rom. discerpitur, 49.

P. Furius Philus, consul, XX, 46. — ejus res gestæ adversus Gallos, moderatio, triumphus, abdicatio, 47-51. — fit prætor iterum et sortitur jurisdictionem inter cives et peregrinos, XXII, 35, 55. — classem accipit a Marcello collega, 57. — redit ex Africa Lilybæum graviter saucius, XXIII, 21. — censor, XXIV, 11. — severe castigat vitia, 18. — dies ei dicitur a L. Metello, tribuno plebis, quem senatu moverat, 43. — mors ejus impedit, ne lustrum perficiatur, ibid. — augur moritur, XXV, 2.

P. Furius Philus, consularis viri filius, XXII, 53.

P. Furius Philus, consul, LVI, 1. — inimicos suos secum legatos in Hispaniam ducit, 4. — Mancinum dedit Numantinis, 13.

P. Furius Philus, prætor creatus, obtinet Hispaniam citeriorem, XLI, 21. — ab Hispanis accusatus, Præneste in exsilium abit, XLIII, 2.

Q. Furius, pontifex max. jubetur creare tribunos pl. III, 54.

Sex. Furius, consul, II, 39.

Sp. Furius, consul, II, 43.

Sp. Furius, consul, male rem gerit adversus Æquos, et in castris obsidetur, III, 4. — a T. Quintio liberatur, 5.

Sp. Furius, tribunus militum consulari potestate, VI, 31.

Sp. Furius M. F. Camillus, primus prætor, VII, 1.

C. Furnius Asiam obtinens nomine Antonii, CXXXI, 3 et 11. — Sex. Pompeium cogit ad deditionem, 12-18.

C. Furnius C. F. consul, CXXXVI, 45. — eo consule, in villa Liviæ ingenti motu terra tremuit, fax in cælo lucem illustravit, etc. ibid. Vide Prodigia.

Sp. Fusius sive Furius, pater patratus, I, 24.

Fustuarium pœna militaris, I, 26, 6; V, 6, 8; Epit. LVII.

G

GABII opp. Latii inter Romam et Præneste, I, 53; XXIV, 10; XXVI, 9; XLI, 16. — eos fraude capit Tarquinius Superbus, I, 53, 54. — Gabiis murus ac porta de cælo tacta; vid. Prodigium.

GABINA via, II, 11; III, 6; V, 49.

GABINI, VI, 21.

GABINIUS, præfectus præsidii Scodræ, regiæ Gentii, XLV, 26.

GABINIUS, trib. pl. fert legem tabellariam, LIV, 31.

A. GABINIUS, legatus, violatur ab Achæis, LI, 60.

A. GABINIUS, legatus bello Marsico fusis Lucanis, dum victoriam urget, occiditur, LXXVI, 1.

A. GABINIUS, tribunus plebis, legem fert de bello Piratico, XCIX, 3, 29. — parat rogationem ad dejiciendum magistratu consulem, ni Pompeii auctoritate deterritus esset, 33. — consul, CIII, 108. — Syria ei provincia datur, 109. — qua mercede emptus a Clodio, ei contra Ciceronem favet, 114-117. — mox, insectante Pompeium Clodio, ipse pro Pompeio stans violenter a Clodio impugnatur, 126. — restituere Ciceronem cupientibus adversatur, CIV, 40, 46. — male præest Syriæ, CV, 8. — Judæos vincit, 10, 11. — ei supplicatio negatur, 12.—retinet imperium ultra præfinitum lege tempus, 36. — victum Aristobulum remittit Romam, 37. — Arabas aggressus, Parthorum turbis revocatur, 38, 39. — reducere parat Ptolemæum, 40. — in Ægyptum properat, 41. — capit Pelusium, 42.— vincit Alexandrinos, et totum Ægypti regnum capit, 44. — ejus adversus Judæos et Arabas expeditiones, 45, 46. — contra Gabinium querelæ, 47. — super illo negotio urbanæ turbæ, 62. — majestatis postulatus absolvitur, CVI, 3.—repetundarum damnatur, 5.—ad Cæsarem per Illyriam ducere copias instituit, CXI, 26. — improspere rebus gestis, ex ægritudine morbo contracto moritur, CXII, 53.

P. GABINIUS, legatus, conquirit carmina Sibyllina, XCI, 28.

GABINUS ager vastatur a Volscis, III, 8.

GABINUS cinctus, V, 46; VIII, 9; X, 7.

GADES, profectus Hannibal vota exsolvit Herculi, XXI, 21. — Conf. XXIV, 49; XXVI, 43; XXVIII, 1. — Gades condidere Tyrii, XVI, 9.

GADITANA provincia, XXVIII, 2.

GADITANI perfugæ pollicentur, se prodituros urbem et præsidium Punicum Romanis, XXVIII, 23. — patefacta proditione, conjurati Carthaginem devehuntur, 30. — a Gaditanis Mago exigit pecuniam, 36. — Gaditanos magistratus in crucem tollit, 37. — Gaditani Romanis deduntur post Magonis ab Oceani ora discessum, ibid.

GADITANIS remissum, ne præfectus Gades mitteretur, XXXII, 2. — Gaditanis civitas data a Cæsare, CX, 37.

GÆSA, VIII, 8.

GÆSATÆ, XX, 40. — eorum ferocia et clades, 42, 43.

GÆTULI in Africa inter Numidiam et Æthiopiam ad Nigrin fl. hodie *Brebern* in *Barbaria* seu *Berberia*, XXIII, 18.—Gætuli multi ad Cæsarem confugiunt, CXIV, 29. — Gætulorum Maurorumque clades, LXVI, 25.

GALA Massylorum, Numidicæ gentis, rex, XXIV, 48. — Masinissæ pater, 49; XXIX, 29.—jungitur Car-

thaginiensibus, XXIV, 49. — moritur, XXIX, 29.

GALÆSUS seu GALESUS Calabriæ fl. ad Tarentum, h. *Galaso aut Bagrada aut Tara*, XXV, 11.

GALATIA, castellum Campaniæ, capitur ab Hannibale, XXVI, 5.

GALATIA; vid. Gallogræcia.

GALBA; vid. Sulpicius.

GALBUS, s. Chalbus, Carpesiorum dux, XXIII, 26.

Galea, I, 43. — Galeæ cristatæ, IX, 40; X, 38. — Galeas gestant milites in stationibus, XLIV, 33.

GALEAGRA, turris ad Syracusas, XXV, 23.

GALEPSUS, urbs Thraciæ, XLIV, 45.

Galeria centuria juniorum, XXVII, 6.

GALLÆ cujusdam captiæ facinus, XXXVIII, 24.

GALLÆCI victi a Bruto, LVI, 5.

GALLI fanatici, matris Deum famuli, XXXVII, 9.

GALLI, novi accolæ Etruscis, V, 17. — captos dulcedine frugum, maxime vini, transisse Alpes fama est, 33. — ducentis ante annis, quam Roma caperetur, in Italiam transcenderant, ibid. — Tarquinio Prisco regnante Romæ, 34. — eorum variis temporibus, transitus in Italiam descripti, ib. et 35. — postremi omnium transgressi Senones Clusium oppugnant, 35. — legati ad eos Romanorum, ibid. — responsum Gallorum, 36. — jure gentium a Romanis legatis violato, ipsi mittunt legatos Romam, ibid. — elusa sua legatione, Romam iter intendunt, 37. — vincunt Romanos ad Alliam, 37, 38. — diripiunt et incendunt Romam, 41. — oppugnant frustra arcem Romanam, 43. — repelluntur, 47. — paciscuntur cum Romanis, 48. — dum appenditur aurum, intervenit Camillus dictator, eosque pugnare jubet et vincit, 49. — iterum eos cædit, ita ut ne nuntius quidem supersit, ibid. — rursum vincuntur a Camillo, VI, 42. — ad tertium lapidem, Salaria via, trans pontem Anienis castra habent, VII, 9. — post cæsum a T. Manlio Gallum eximia corporis magnitudine, relinquunt trepide castra, 9-11. — alia cum Gallis bella, II, 12, 15, 23, 24, 25; VIII, 20. — pugna M. Valerii Corvi, VII, 26. — cum Gallis pacem ingenti pecunia redimunt Etrusci, X, 10. — eorum auxilia mercede sollicitata a Samnitibus et Etruscis, X, 21. — Senones delent legionem Romanam, X, 26. — Galli juncti cum Etruscis, Samnitibus, Umbris, vincuntur in Sentinati agro, X, 27-29. — eorum in Italia, sub initia belli Hannibalici, motus, XXI, 25, 26. — et incerti ac fluctuantes animi, 39, 52; XXII, 1. — Galli Transalpini frustra sollicitantur a legatis Romanis contra Pœnos, XXI, 20. — ab Hannibale partim donis conciliati, partim vi victi, 23, 24 et 26-28. — in Venetiam transgressi oppidum condunt non longe ab Aquileia, XXXIX, 22, 45. — expelluntur a Romanis, 54. — legationi super ea re missæ ad Transalpinos populos benigne respondetur, 54, 55; L, 53. — eorum manus in Hercynios saltus missa, V, 34. — transitus in Italiam, locique et fines, quos tenuere, V, 34, 35. — transitus in Asiam, XXXVIII, 16, 17. — acies, 26. — arma, XXII, 46; XXXVIII, 17. — auxilium a Perseo per avaritiam dimissum, XLIV, 27. — procera corpora, promissæ et rutilatæ comæ, XXXVIII, 17. — prælongi gladii et scuta longa quidem, sed parum lata nec tegentia corpus, XXII, 46, 2 et 3; XXXVIII, 17, 21. — cor-

pora intolerantissima laboris atque æstus, x, 28. — humori et frigori assueta, v, 49. — corpora iis et animi magna magis, quam firma, v, 44. — molles ad laboris longæque viæ tædia, xxii, 2. — eorum mollia et fluida corpora, minime patientia sitis, decedere pugna cogit, xxxiv, 47; xxxviii, 17. — prima eorum prælia plus, quam virorum, postrema minus, quam feminarum, v, 44; vii, 12; x, 28; xxxviii, 17.— cantus ineuntium prælium et ululatus et tripudia, et quatientium scuta in patrium quemdam modum horrendus armorum crepitus, xxi, 28; xxxviii, 17-26. — gens nata in vanos tumultus, v, 37, 39; xxxviii, 17. — haudquaquam negligens religionum, v, 46. — auri avidissima, xxi, 20. — Galli pectoribus equorum suspensa gestant capita cæsorum hostium vel lanceis infixa, x, 26, 8. — ovant moris sui carmine, ibid. — in concilium veniunt armati, xxi, 20. — pugnant superstantes essedis carrisque, x, 28. — super umbilicum pugnant nudi, xxii, 46; xxxviii, 21. — ex calva hostium pocula faciunt, xxiii, 24. — Galli in Thracia, xxxiii, 12, 6; xlv, 30.—jungunt cursum equis et equos vacuos prolapsorum equitum capiunt, xliv, 26. — ingens cum Gallis bellum, xx, 34-45. — insignis de iis triumphus, ibid. — urgent anno sequente victos Romani, 46. — victoria de Gallis C. Flaminii et P. Furii, 48, 49. — cum iis Marcelli pugna ad Clastidium, 52, 54. — de iis ejusdem Marcelli triumphus, 55. — vid. Boii, Cenomani, Insubres, Senones. — prima Romanorum in Transalpinos Gallos expeditio, lx, 38, 39. — res gestæ adversus eos C. Sextii, lxi, 1, 3. — Cn. Domitii splendidiores, 4, 10. — Q. Fabii, 42, 46. — Galli rebellant, lxxiii, 65. — Gallis quoties inferendum bellum, in eorum finibus sacrificari oportere monent decemviri, liii, 7.

Gallia provincia, xxiv, 44, 2.— Gallia duplex, trans et cis Alpes, ciii, 136.—hæc Togata dicebatur, ibid. — Gallia Transalpina divisa in Braccatam et Comatam, 137.— Galliæ Transalpinæ notitia, ibid. et seqq. — prima Romanorum in Transalpinam Galliam expeditio, lx, 38, 39. — tota Gallia Transalpina a Cæsare pacata, cviii, 27. — Gallia Togata, seu Cisalpina, lxxii, 31.

Gallicum aurum occultari a Patribus, criminatur M. Manlius, vi, 14.—Gallicus tumultus, vii, 9, 11. — Gallici tantum tumultus causa ærarium sanctius aperiri debuit, cx, 5, 6.—ager qui Gallorum Senonum fuerat, viritim populo divisus, xx, 18; xxiii, 14; xxxix, 44; xlii, 4.—Gallicus sinus; vid. sinus.

Gallina alba, ramulum lauri rostro tenens, in sinum Liviæ decidit, cxxviii, 37.

Q. Gallius, prætor, cii, 15.

Q. Gallius, prætor, miserabiliter interit, cxx, 6. — ei post mortem imperium abrogatum a collegis, 7.

Gallogræcia seu Galatia, pars Phrygiæ maj. hod. pars *Natoliæ et Caramaniæ*, xxxvii, 8; xxxviii, 12. — a Mithridate in provinciæ formam redacta, lxxxii, 38.

Gallogræci Antiochum auxiliis juvant, xxxvii, 18, 40, 51, 60. — hinc iis bellum infert Cn. Manlius consul, xxxviii, 12, 15, 17. — ejus belli gesta, 18-27. — pax iis data, 37, 40. — de iis triumphus, xxxix, 6. — captivos diis suis immolant, xlvi, 6. — eorum iter in Asiam, et

tres populi, Tectosagi, Tolistoboii et Trocmi, qui regiones ejus occuparunt, XXXVIII, 16. — deficiunt ab Eumene, XLV, 19, 20, 34. — eorum equites, XXXVII, 40.

GALLOGRÆCHI tetrarchæ, LXXXII, 37; CXII, 76.

GALLUS et Galla vivi defodiuntur, XX, 34; XXII, 57; LXIII, 17.

GANYMEDES, præfectus Ptolemæi, prodit Philippo Ænum, XXXI, 16.

GANYMEDES, spado Arsinoæ, aperit fugæ viam, CXII, 46. — interfecto Achille, succedit in exercitus Ægyptiaci imperium, 62. — corrumpit Cæsaris aquas, 63.

GARAMANTES, inter Æthiopiam et Gætuliam, vel in extremis Africæ partibus, meridiem spectantibus, ultra Gætuliam colentes, ubi nunc *Guargala, Gademes* et *Fessen*, XXIX, 33, 3.

GARITENES, hospes Philippi, ab eo occisus, XXXII, 21.

GARULI, Liguriæ populi, XLI, 19.

GAUDA, Masinissæ nepos, a C. Mario incitatus adversus Metellum consulem, LXV, 40-43.

GAULOTUS, regulus Gallogræcorum Tectosagum, XXXVIII, 19.

GAURELEOS, portus Andri insulæ, XXXI, 45.

GAURUS mons Campaniæ inter Puteolos et Avernum Lucrinumque lacum, h. *Monte Barbaro*, VII, 32.

CN. GAVILLIUS Aquileiensis, XLI, 5.

L. GAVILLIUS, ibid.

GEGANII ex Albanis principibus in Patres lecti, I, 30.

L. GEGANIUS, tribunus militum consulari potestate, VI, 31.

L. GEGANIUS, interficitur in foro olitorio, LXIX, 29.

M. GEGANIUS, tribunus militum consulari potestate, VI, 42.

M. GEGANIUS MACERINUS, consul, sedat coitiones tribunorum, adversus nobilium juventutem ortas, III, 65. — secundum consul, IV, 8. — Volscos, Ardeam obsidentes, obsidet ipse, 9. — vincit Volscos et sub jugum mittit, 10. — componit Ardeæ res, ibid. — redit in urbem triumphans, ibid. — tertium consul, 17. — censor probavit villam publicam in campo Martio, 22. — Mam. Æmilium, qui dictator censuram, quinquennalem intra anni et sex mensium redegerat spatium, omni ignominia afficit, 24; IX, 33, 34.

PROCULUS GEGANIUS MACERINUS, consul, IV, 12.

T. GEGANIUS, consul, II, 34.

GELLIUS; vid. STATIUS et EGNATIUS.

L. GELLIUS PUBLICOLA, consul cædit fugitivos, XCVI, 1, 2. — ingenti clade vincitur a Spartaco, 3. — censor quatuor et sexaginta senatu movet, in his C. Antonium et Q. Lentulum Suram, XCVIII, 28. — vid. et CIII, 42. — legatus Pompeii bello piratico, sortitur mare Italicum, XCIX, 31.

L. GELLIUS PUBLICOLA L. F. M. Messalæ frater, insidiatur M. Bruto, CXXII, 1. — dimittitur, ibid. — insidias tendens Cassio, iterum absolvitur, 7. — fugit ad Antonium et Octavianum, ibid.

L. GELLIUS L. F. L. N. PUBLICOLA, consul, CXXVIII, 35.

GELO vincit Hamilcarem, XVI, 8. — ad eum referebat originem Hierocles pater Hieronis regis, 12.

GELO, Hieronis filius, deficit ad Pœnos, XXIII, 30. — mors ejus adeo opportuna, ut patrem quoque suspicione adspergat, ib. — ejus, dum viveret, in cultu habituque modestia, XXIV, 5.

GEMELLI tribunitii viatoris flagitiosum convivium, CVII, 50, 51.

GEMINIUS METIUS, præfectus equitum Tusculanorum, init cum T. Manlio singulare certamen, VIII, 7. — vincitur et interficitur, ibid.

C. GEMINIUS, prætor, infeliciter adversus Thracas pugnat, LXX, 56.

GENABI, negotiatores Romani a Carnutibus interfecti, CVII, 51. — Cæsar Genabum occupat et incendit, 54.

GENIO Deo quinque majores hostiæ cæsæ, XXI, 62.

Gentem habere se solos, patricii gloriabantur, X, 8.—gentis enuptio, XXXIX, 19.

Gentilitia sacra, V, 52.

GENTIUS, Illyriorum rex, variis criminibus insimulatus apud senatum, legatos Romam mittit ad purgandum se, XL, 42. — eum suspectum Issenses legati faciunt, tamquam uno animo viventem cum Perseo, XLII, 26. — ad eum legati Romani, ibid. — est Romanis suspectus, XLIII, 9. — tentatur a Perseo, XLIII, 18, 19, 20, 23. — obsidibus ultro citroque datis, fœdus facit cum Perseo, XLIV, 23. — conjicit legatos Romanos in carcerem, 27.—pecunia pacta fraudatur a Perseo, decem tantummodo talentis acceptis, ibid.—ejus genus et facta, 30. — copiæ, ibid.—vincitur a Romanis, 31. — petit inducias, ibid. — dedit se in potestatem Anicii prætoris, ibid. — in custodiam traditur, ibid.—cum conjuge et liberis in triumphum ducitur ante currum L. Anicii prætoris, XLV, 43. — Spoletium mittitur in custodiam, ibid.

GENUA urbs, XXI, 32.— capitur a Magone, Hamilcaris filio, XXVIII, 46. — ab eo diruta exædificatur a Romanis, XXX, 1.

C. GENUCIUS inter primos augures e plebe creatos, X, 9.

C. GENUCIUS Clepsina, consul, XIV, 12. — consul iterum, XV, 4.

CN. GENUCIUS, tribunus plebis, domi suæ occisus, II, 54.

CN. GENUCIUS plebeius, tribunus militum consulari potestate, V, 13. — iterum tribunus militum, 18.— præcipitatus in insidias ante signa inter primores cadit, ibid.

CN. GENUCIUS, consul, VII, 3.

L. GENUCIUS, ex plebe consul, VII, 1. — secundum consul, 4. — adversus Hernicos profectus male rem gerit, 6. — ab insciis quem interfecissent interficitur, ibid.

L. GENUCIUS, tribun. plebis, fert ad populum, ne fenerare liceat, VII, 42.

L. GENUCIUS, consul, X, 1.

L. GENUCIUS, consul, XV, 2. — legionem Campanam, quæ Rhegium occupaverat, obsidione ad deditionem cogit, ibid.

L. GENUCIUS, ad regem Syphacem legatus, XXVII, 4.

M. GENUCIUS, consul, IV, 1.

M. GENUCIUS, tribunus militum secundæ legionis, interficitur in prælio cum Boiis, XXXV, 5.

T. GENUCIUS, tribunus plebis, auctor agrariæ legis, diem dicit T. Menenio, II, 52.

T. GENUCIUS decemvir creatur, XXXI, 33.

GENUSUS s. Genusuus Illyrici fl. XLIV, 30.

GERÆSTICUS, portus Teiorum in Ionia, XXXVII, 27, 28.

GERÆSTUS, nobilis Eubœæ portus et prom. contra Sunium prom. h. *Jastura*, XXXI, 45.

GERGITHUS s. Gergithum et Gergitha, oppidum Mysiæ aut Æolidis prope fontes Caici, XXXVIII, 39.

GERGOVIAM in Arvernis oppugnat Cæsar, CVII, 59, 61. — ab ea prope capta rejicitur, 65.

GERMANI veteres, eorumque mores, CIV, 24. — corporum habitus, 25. — apud eos opinio immortalitatis, 26. — prælium cum Cæsare et clades, 36-38. — in Galliam transgressi, opprimuntur a Cæsare, CV, 48 - 52. — cum Germanis in sua terra pugnaturus Cæsar, Rhenum transit, 54. — iterum, CVII, 8. — vincuntur a Lollio, CXXXVI, 44, 47. — vastant Gallias, 49. — adversus eos res gestæ Drusi, CXXXVII, 7-11; CXXXIX, 1; CXL, 1, 2.—tum L. Domitii et Tiberii, 18, 19.

GERMANIÆ, prima et secunda, CIII, 138, 140.

GERMANIÆ veteris situs et fines, CIV, 4 et seqq.

GERMANICI saltus, IX, 36.

GERONIUM, sive Gerunium, opp. Apuliæ, XXII, 18, 24, 32, 39.

GERRUNIUM, castellum Maced. XXXI, 27.

GETÆ vincuntur a Licinio Crasso eorumque spelunca, aliaque loca, capiuntur, CXXXV, 2, 3.—repelluntur a Lentulo, CXXXVI, 51.

GILLICAS Pœnus, XLIX, 7.

GISGO, legatus ad Philippum, XXIII, 24.

GISGO, dissuadens pacem ab Hannibale e superiore loco detrahitur, XXX, 37.

GISGO, Hamilcaris filius, Pœnos ad bellum concitat, XLVIII, 3.

GISGO Strytanus a Carthaginiensibus legatus Romam mittitur ad petendam pacem, XLIX, 7.

GITANÆ, Epiri oppidum, XLII, 38, 1.

Gladiatores apud Campanos dicti Samnites, IX, 40. — Gladiatores primi Romæ, XVI, 42.—Gladiatores quatuor et septuaginta ex ludo Lentuli profugiunt, XCV, 1. — congregata servitiorum ergastulorumque multitudine, duces creant, 2. — Claudium Pulchrum legatum prælio vincunt, 3; vid. Crixus, Spartacus.—inter epulas, IX, 40.—liberi homines sponte facti, XXVIII, 21, 3.

Gladiatoria spectacula, XXIII, 30; XXVIII, 21; XXXI, 50; XXXIX, 46; XLI, 28. — ab Antiocho Epiphane edita, XLI, 20. — edita funeris causa, XXXIX, 46.

Gladius et parma sunt arma velitum, XXXI, 35. — ponderi additur ab insolente Gallo, V, 48.— Gladii Arabum sagittariorum, insidentium camelis, tenues, longi quaterna cubita, XXXVII, 40. — Gallorum inepti, XX, 49; vid. XXII, 46. — Hispanienses, VII, 10; XXII, 46; XXXI, 34. — Romani his similes, VII, 10, 1. — Gladiis destrictis discincti, destituuntur milites ignominiæ causa, XXVII, 13.—gladiis ad scuta adlisis, signum datur vel ardoris pugnandi vel approbationis, VI, 24, 1: X, 26, 8; XXVIII, 29, 3.

Glarea substructæ marginatæque viæ, XLI, 27.

GLAUCIA; vid. Servilius.

GLAUCIAS ex custodibus corporis Persei, XLIII, 20.

GLESSARIA insula subacta a Druso, CXXXVII, 7.

Gloriam qui spreverit, veram habebit, XXII, 39.

GNIDUS; vid. Cnidus.

GNOSSII in Creta, XXXVII, 60; XLII, 51.

GOMPHI, urbs Thessaliæ, XXXI, 41; XXXII, 14; XXXVI, 13; XXXVIII, 2.

GOMPHOS capit Cæsar, CXI, 55. — viginti senes, nobilissimus quisque civitatis, asperiora timentes veneno se interimunt, ibid.

GONNI sive Gonnus, XXXIII, 10; XXXVI, 10; XLII, 54. — oppidum Thessaliæ, situm in faucibus saltus, quæ Tempe appellantur, XLII, 67; XLIV, 6.

GONNOCONDYLUM, opp. Perrhæbiæ, XXXIX, 25.

GORDIUM, Phrygiæ oppidum et frequens emporium ad tria maria, XXXVIII, 18.

GORDIUS a Mithridate Romam mittitur, LXX, 45. — eum Cappadoces regem eligere verentur, suspectum Romanis ob Mithridatis amicitiam, 48.—profligatur a Sulla, 50.

GORDIUTICHOS, Bithyniæ oppid. XXXVIII, 13.

GORDYENE regio adimitur Parthis, et restituitur Tigrani per Afranium, CII, 1, 2.

GORDYENI se dedunt Lucullo, XCVIII, 64.

GORGOPAS præest urbi Gythio, XXXIV, 29.—interficit Dexagoridam, urbem prodere volentem Romanis, ibid.

GORTYN, Gortina, Gortinæ, opp. Cretæ, h. *Chetina*, unde Gortynii quingenti, duce Cydate, se jungentes Quintio consuli, XXXIII, 3; XXXVII, 60.

GRACCHORUM elogium, LXI, 36. — illorum interitu plebis libertas concidit, 37. — publicæ calamitates invectæ sunt, 38.

GRACCHUS; vid. Sempronius.

GRACCHUS; vid. Clœlius et Sempronius.

GRADIVUS Mars; vid. Mars.

GRÆCA fossa, XXVIII, 46.—calliditas, XLII, 47.—Græca lingua scriptam epistolam ne intercepta intelligeretur, ad Q. Ciceronem mittit Cæsar, CVI, 14. — Græcarum urbium mos habendi concionem in theatro, XII, 8. — Græcæ fabulæ, XXVIII, 43. — coloniæ in Asiam deductæ, XXXIV, 58. — Græcarum artium opera quando primum admirati sint Romani, XXV, 40, et magis, XXXIX, 6. — Græci, gens lingua magis strenua quam factis, VIII, 22. —barbaris sunt natura hostes, XXXI, 29. — sunt omnium eruditissimi, XXXIX, 8. — Asiatici sunt levissima hominum genera, et servituti nata, XXXVI, 17. — Græci septem libri de sapientiæ disciplina inventi in sepulcro Numæ, XL, 29. — Græcis literis, Livii ævo, instituta juventus Romana, IX, 36.—Cf. ad XXIX, 19, 4. — Græco ritu decemviri sacra faciunt Apollini, Dianæ et Latonæ, XXV, 12. — Græcorum classis mare Tuscum oramque litoris Antiatis et Tiberis ostia infestat, VII, 25. — a Siciliæ tyrannis, ut videtur, missa, 26. — alia classis, ad Italiæ litora appulsa, capit Thurias, X, 2.—mari Adriatico ad litus Venetorum pervenit, ibique cæduntur a Patavinis Græci, ibid.—Græcorum pallium, crepidæ, palæstra et libelli, XXIX, 19, 3. — eorum levissimi quique, Parthorum etiam gloriæ, contra nomen Romanum, favent, IX, 18. — Græcus et Græca vivi defodiuntur, XXII, 57; LXIII, 17. — Græcus ignobilis auctor Bacchanalium; vid. Bacchanalia.

GRÆCIA ulterior s. propria, Hellas, h. *Livadien*, VII, 26. — major s. magna, Italia inferior, XXXI, 7. —post cladem Romanorum ad Cannas, deficit ad Pœnos, XXII, 61. — Græciæ libertas in ludis Isthmicis promulgata, XXXIII, 32. — Græciæ civitates tria habent principum genera, XLV, 31. — a Romanorum fautoribus cæteri vexantur, ibid.— Græciæ compedes Demetrias, Chalcis et Corinthus, XXXII, 37. — duo ex ea trajectus in Italiam, XXXVI, 21, 3. — Græciam inter et Italiam pontes jacere cogitavit Pyrrhus, quod et postea molitus est M. Terentius Varro, XIII, 35.

Graminea corona obsidionalis Decio data, VII, 37.

Grando et tonitru prælium prohibent, II, 62; XXVI, 11.

GRANII præconis liberum responsum, LXIV, 17.

CN. et Q. GRANII, factionis Marianæ, a senatu hostes judicantur, LXXVII, 27.

GRATIDIANUS; vid. Marius.

M. GRATIDIUS, præfectus Antonii, interficitur in Cilicia, LXVIII, 2.

GRAVISCÆ, oppidum Etruriæ et colonia, hodie dictum *Corneto*, XL, 29; XLI, 16.

Greges in luco ad Laciniæ Junonis sine custode pascentes, et ultro ad stabula redeuntes, XXIV, 3.

GREGORIUS Papa narratur abolere voluisse Livium, LXXI, 4.

GRUMENTUM, Lucaniæ oppidum, h. *Agromento*, ad dextram Aciris, fl. h. *Agri*, XXIII, 37; XXVII, 41.— a sociis Italicis captum, recuperatur a Romanis, LXXIII, 21. — in expugnatione illius urbis, insigne duorum servorum ad servandam heram commentum, 22.

GULUSSA, filius Masinissæ, a patre Romam mittitur, XLII, 23. — respondet legatis Carthaginiensium de patre querentibus, 24.— dimittitur cum donis, ibid. — redit legatus Romam, XLIII, 3. — senatui nuntiat Carthaginienses bellum parare, XLVIII, 11. — Pœnos contra fœdus cædit, 35. — post mortem Masinissæ, a Scipione Æmiliano arbitrium ei pacis et belli in Numidico regno permittitur, L, 18. — sequitur Scipionem ad obsidionem Carthaginis cum equitatu Numidico, 19. — cædit Pœnos, LI, 22.—ejus colloquium cum Hasdrubale, 24-27.—de ejus morte mentio, LXII, 1.

GURAS, frater Tigranis, dedit Lucullo arcem Nisibis, XCVIII, 79.

GYMNASIÆ s. Gymnesiæ insulæ, vulgo Baliarides dictæ, XXI, 21, 7. Epit. LX.—Gymnesiæ cur Baleares vocatæ? LX, 33.

Gymnasium Cynosarges Athenis, XXXI, 24.—Cylarabis Argis, XXXIV, 26. — Gymnasia Tarentinorum jubet occludi Pyrrhus, XII, 24; XXIX, 19.

GYRISENORUM opp. stratagemate capit Q. Sertorius, LXX, 21.

GYRTON et Gyrtona Thessaliæ urbs, XXXVI, 10; XLII, 54.

GYTHIUM, h. *Colo-Kythia*, oppid. Laconicæ validum, portus Spartæ omniumque maritimarum rerum Lacedæmoniis receptaculum XXXIV, 29. — capitur a T. Quintio, ibid. — oppugnatur a Nabide et capitur, XXXV, 27.

H

HADRIA; vid. Adria.

HÆMUS; vid. Æmus.

HALESINIS leges scribuntur a C. Claudio, LXX, 25.

HALIACMON, fluvius Macedoniæ, quam a Thessalia dirimit, h. *Platamona*, XLII, 53.

HALIARTII, XLII, 44.

HALIARTUS, opp. Bœotiæ, XLII, 46, 56. — oppugnatum et captum a Romanis, 63. — diruitur a fundamentis, ibid.

HALICARNASSENSES, XXXIII, 20.

HALICARNASSUS, oppidum Cariæ, h. *Bodrun*, *Budrun* vel *Nessi*, *Cosmeti Alicarnasso*, XXXVII, 10, 16.

HALICYÆI deficiunt a Carthaginiensibus ad Pyrrhum, XIV, 10.

Samnites in Samnio, regione Italiæ inferioris, cujus oppida fuere Aufidena, Bovianum, Beneventum, Æsernias, Sæpinum, Allifæ, Telesia, etc. h. *Alfidena*, *Bojano*, *Benevento*, *Isernia*, s. *Sergna*, *Supino*, *Alife*, *Telese*, vii, 32. — ineunt fœdus cum Romanis, vii, 19.—gens opibus armisque valida, 29.—inferunt Sidicinis arma, unde origo belli cum Romanis, ibid. — vincunt Campanos, ibid. — male excipiunt legatos Romanorum, 31. — bellum cum Samnitibus, 32. — atrox cum iis prælium, 33. — vincuntur in Campania, ibid. — victi iterum in Samnio, 36. — tertia pugna cum Samnitibus, qua fugantur, 37.— legatos Romam mittunt, pacem orantes, viii, 1. — cum iis fœdus renovatum, 2. —Samnitium agros vastant Latini, ibid.—petunt a Romanis, ut Latini coerceantur, ib. — pugnant cum Lucanis adversus Alexandrum Epirensem, 17.—suspecti sunt Romanis, 23.—ferox eorum responsum, ibid. — tria oppida iis adempta, 25. — ejiciuntur Palæpoli, 26.—vincuntur a Q. Fabio, magistro equitum, 30. — victi rursum a Papirio dictatore, 36. — annuas impetrant inducias, 37. — deficiunt, ib.— prælium atrox cum Samnitibus, 38.—eorum equites impedimenta Romanorum diripiunt, ibid. — vincuntur Samnites, 39. — damnant bellum, ibid. — satisfaciunt Romanis, ibid. — nec tamen impetrant, ibid. — bellum instaurant, ix, 1, 2. — fraude capiunt Romanos apud Caudinas Furcas, 2 sq. — occupant Fregellas, coloniam Romanorum 12. — vincuntur a Romanis, 13. — iterum, 14. — sub jugum mittuntur Samnitium septem millia, 15. — eorum præsidium Satrici oppressum, 16. — inducias biennii impetrant a Romanis, 20.—rebellant, 21. — anceps prælium cum Samnitibus, ibid.— vincuntur, ibid. — prælium equestre cum Samnitibus, in quo eorum imperator occiditur, 22. — capiunt Plistiam, ib. — pugna vincuntur, 23. — progrediuntur ad Caudium, 27. — ad triginta millia Samnitium cæsa, aut capta, ibid.—

capiunt Cluviam, 31. — eorum insidiæ, ibid.—ad viginti millia Samnitium cæsa, ibid. — anceps prælium cum Samnitibus, 38.—eorum exercitus duo; scuta alterius auro, alterius argento cælata, 40. — vincuntur, 40-42.—dedunt se Romanis, ibid. — sub jugum mittuntur, ibid. — victi petunt pacem, 43, 45. — iis fœdus antiquum redditum, ibid.—rebellant, x, 11.—iis infertur bellum, 12. — vincuntur, ib.—prælium atrox cum Samnitibus, 14. — pulsi finibus suis, Etruriam petunt, 16. — vincuntur, 19. — populantur Campaniæ agrum, 20. — cæduntur, duxque eorum captus ad consulem Romanum rapitur, ib.—conferunt arma cum Etruscis, Umbris, Gallis, 21. — cum Gallis invadunt Romanos, 27. — Samnites primo impetu feroces; longiore certamine residunt eorum animi, 28.— vincuntur, 29.— Samnitium agmen a Pelignis cæditur, 30. — bellum reparant, 31. — vincuntur prælio, in quo cæsa Samnitium sexdecim millia trecenti, capta duo millia septingenti, ib. — Samnitici belli diuturnitas et atrocitas, ibid. — aggrediuntur castra Romana, 32. — expelluntur, 33. — aliquot eorum oppida capiunt Romani, 34. —oppugnant Luceriam, 35.—vincuntur, 36.—septem millia et trecenti capti, omnes nudi sub jugum mittuntur, ibid. — Samnitium ingens apparatus belli, 38.—vincuntur a Papirio consule, 41, 42. — —eorum urbes captæ, 45.—renovant bellum, xi, 1. — lacessunt Campanos populationibus et vastatione agrorum, ib. —vincunt Q. Fabium Gurgitem cos. 2. — Samnitium error, 3.—magna pugna vincuntur, 19.—fœdus cum Samnitibus quarto renovatum, ib. — fœdus violant, xii, 6.— vincuntur a C. Fabricio, ibid. — amicitiam et fœdus ineunt cum Pyrrho, xiii, 11. —a Pyrrho relicti, desertis oppidis, in arduos montes se recipiunt, xiv, 4. — saxis telisque multos obruunt Romanos, ibid. — vincuntur, 35.—Samnitici belli finis, 40. — deficiunt ad Pœnos, xxii, 61.— Samnitium legatorum ad Hannibalem oratio, xxiii, 42. — Samnites deficiunt a Romanis, lxxii, 8. — iis postremis omnium Italicorum data fuit civitas, lxxiv, 9. — cæduntur a Sulla, et eorum castra in potestatem Romanorum veniunt, lxxv, 16. — vincuntur iterum a C. Cosconio prætore, 21.—legatos ad Mithridatem mittunt, lxxvi, 7. — accedunt partibus Marianis, lxxx, 3. — Samnitium ingens exercitus cum reliquiis copiarum Marianarum Romam petunt, lxxxviii, 4-6. — vincuntur a Sulla, 12 - 15. —edixerat Sulla ne quis Samnis vivus caperetur, 15.—ubique Samnites omnes Sulla interficere solitus erat, dictitans, neminem Romanum incolumi Samnio tutum aut quietum fore, 34. — Samnitium nomine gladiatores appellati, ix, 40.—armatura, forma scuti, ocreæ, galeæ cristatæ, tunicæ versicolores et linteæ, ix, 40. — mos, milites sacramento adigendi lege sacrata et horrendo ritu, viroque lecto a viro, x, 38.

Samnites Caudini, xxiii, 42.

Samnites Pentri, ix, 31.

Samnium, vii, 32.

Samos s. Samus insula et opp. Ioniæ, Epheso urbi et Mycalæ prom. objecta, h. *Sussam Adassi*, xxxvii, 10 sq.

Samothraca vel Samothracia insula Thraciæ in extremo mari Ægæo ad ostia Hebri fl. h. *Samon-*

drachi, Samandraki, XLII, 25, 50; XLIV, 45, 46.

SAMOTHRACUM insulæ religio, XLV, 5.—templum et insula sanctissima, ibid.

SANCUS Semo; vid. Semo.

SANCI ædes de cælo tacta, XXXII, 1. Vide Prodigia.

SANGARIUS, Phrygiæ fl. h. *Sagaris*, XXXVIII, 18.

Sangualis avis, XLI, 13.

Sanguine mixtæ fluxerunt Cæretes aquæ; vid. Prodigium.

SANNI ad interiora Ponti habitant, XCVIII, 21.

SAPINIA aut Sappinia tribus Umbriæ pars, circa Sapim fl. h. *Savio*, XXXI, 2; XXXIII, 37.

SARDES, caput Lydiæ, hodie *Sard, Sards, Sardo*, XXXIII, 19; XXXVII, 18.

SARDIANI deficiunt a Mithridate, LXXXII, 47.

SARDI variis ex Barbaris mixta natio, XVII, 14.—cum Carthaginiensibus vincuntur a L. Cornelio Scipione cos. 20. — a Tib. Graccho, XX, 3. — rebellant, 12. — a Manlio Torquato subacti, 14. — jugum excutiunt, ib.—vincuntur a Spurio Carvilio, 15. — rebellionem instaurant, 18. — denuo victi, 20.— tumultuantur et haud magno negotio coercentur, 36. — clandestinam legationem ad Pœnos mittunt, XXIII, 32. — cæduntur a Romanis, 40. — perdomantur, 41. — legatos Romam mittunt, XLI, 6, 8.—Sardorum omnes, qui defecerant, in ditionem rediguntur a Ti. Sempronio, XLI, 17, 26.

SARDI Pelliti, XXIII, 40.—venales, proverbium, XX, 3; XLI, 28, 4.

SARDINIA insula, XVI, 7; XXI, 1; XXII, 31. — ejus descriptio, XVII, 13. — in eam et Corsicam prima Romanorum expeditio, 15. — Sardinia et Corsica Pœnis ademptæ, XX, 4; XXI, 1.—vastatur a classe Punica, XXVII, 6. — in Sardinia magnum tumultum esse nuntiatur, XLI, 6.—pacatur, 15. — Sardiniæ cælum grave, XXIII, 34, 6. — formam exhibens tabula in æde Matutæ Matris a Ti. Graccho posita, XLI, 28.

SARDONIACA herba, XVII, 14.

SARE, vicus Maronitarum, XXXVIII, 41.

SARIASTER, filius Tigranis, a patre interficitur, C, 25.

Sarissæ, hastæ prælongæ Macedonum, IX, 19; XXXI, 39; XXXII, 17; XXXIII, 8; XXXVII, 42; XXXVIII, 7; XLIV, 41.

Sarissophori, milites Macedones, XXXVI, 18.

SARMATÆ a Mithridate magno domantur, LXIII, 49.—victi a Lentulo trans Istrum recedere coguntur, CXXXVI, 51.

Sarmenta arida boum cornibus præligantur, et accenduntur, XXII, 16, 17.

SARPEDON, promontorium Lyciæ, XXXVIII, 38.

SARSINATES Umbri a Romanis victi, XV, 4.

SARUS, fluvius Ciliciæ, XXXIII, 41.

SASSULA, urbs Latii, vicina Tiburi, capta a Romanis, VII, 19.

Satellites sumit Tarquinius Superbus, I, 49.—Satellites Porsenæ, II, 12.—Satellites armatos sibi circumdat Hieronymus, qui nulli Hieroni fuerant, XXIV, 5.

SATICULA, opp. Samnii aut Campaniæ, VII, 32; IX, 21; XXIII, 39.— oppugnatur a Romanis, IX, 21. — capitur, 22.

SATICULANI laudati, XXVII, 10. —Saticulanus ager, XXIII, 14.

SATRICANI, IX, 12; XXVIII, 11. — deficiunt ad Samnites, IX, 12.

SATRICUM, opp. Latii, II, 39; VI, 8; XXVIII, 11.—a Marcio Coriolano Romanis adimitur, II, 39. — mœnibus Satrici se includunt Volsci, VI, 8.—capitur a Romanis, ibid.— a Prænestinis et Volscis, 22. — a Latinis concrematur, 33. — Satricum coloniam deducunt Antiates, VII, 27.—capitur a Romanis, ibid. — diripitur et incenditur, ibid. — Volscorum exercitus consedit ad Satricum, VIII, 1.—a Papirio consule oppugnatur et capitur, IX, 16.

Saturæ Romanorum, VII, 2.

Saturnalia instituta, II, 21. — diem ac noctem clamata, XXII, 1.— prima, XXX, 36.

SATURNIA, colonia civium Romanorum, in agrum Caletranum deducta in Etruria, XXXIX, 55.

SATURNUS, idem qui Belus, cultus a Carthaginiensibus; vid. Belus.—Saturni ædes, II, 21; XXII, 1; XLI, 21. — ad ædem Saturni immolatum, et lectisternium imperatum, XXII, 1.

Satyrus, ad Sullam adductus, LXXXIV, 12.—Alexandriæ visus, 22. —Satyri in Atlante monte, LXXXIV, 14. — simiorum genus, 15. — loquentes, fuerunt diaboli, 27. — de Satyris impiæ nugæ et fabulæ, LXXXIV, 16, 17.

SATYRUS, Achæorum legatus, XLVI, 9.

SATYRUS, princeps legationis Rhodiorum, intemperantius invehitur in Eumenem, XLII, 14.

SATYRUS, dux fugitivorum, deditionem facit, LXIX, 46. — venabulo se occidit, LXX, 4.

C. SAUFEIUS, quæstor cum Apuleio in Capitolium fugit, LXIX, 27. —trucidatur, 29.

M. SAUFEIUS M. F. dux occidendi Clodii accusatur, CVII, 43. — absolvitur, ibid.

SAVO, oppidum Alpinum in Liguria, hod. *Savona*, XXVIII, 46.

SAXA Rubra, locus, ubi Veientes castra habebant in Etruria, ad Cremeram fl. II, 49.—Saxa Formiana XXII, 16.

Saxum Tarpeium, VI, 20. — de hoc dejecti damnati, VI, 20; XXIV, 20; XXV, 7.

Saxum ingens in vicum Jugarium ex Capitolio procidit, et multos oppressit, XXXV, 21.—visum est volitare; vid. Prodigia. — Saxa infuso aceto putrefacta, XXI, 37.

SCÆVA; vid. Junius.

P. SCÆVÆ, militis Cæsariani prodigiosa virtus, CIII, 70.

SCÆVOLA; vid. Mucius.

Scalæ, mœnibus admotæ, onere subeuntium fractæ, XXVI, 45.

Scalpro fabrili elephantos necare docuit Hásdrubal, si quando sævirent, XXVII, 49.

SCANDINAVIA, CIV, 5.

SCANTINIA; vid. Scatinia lex, XLVIII, 1.

P. SCANTINIUS pontifex mortuus, XXIII, 21.

SCAPTIA tribus addita, VIII, 17.

P. SCAPTIUS hortatur populum Romanum, ut agrum de quo lis erat inter Ardeates et Aricinos sibi adjudicet, III, 71.

T. SCAPULA, dux rebellantium adversus Cæsarem legionum, Bæticam ad defectionem trahit, CXV, 38. — victo Cn. Pompeio, jugulum præbet servo, 57.

SCARDUS, Scordus, Scodrus, mons Illyr. h. *Monte Argentaro*, XLIII, 20, 1, XLIV, 31.

SCARPHÆA s. Scarphia et Scarphe, oppidum Locridis prope Thermopylas, XXXIII, 3; XXXVI, 19; LII, 3.

SCAURUS; vid. Æmilius et Aurelius.

Sceleratus vicus, I, 48. — campus unde nomen habeat, VIII, 15.

Scenam ædilibus prætoribusque præbendam censores locant, XLI, 27, 8.

Scenica ars minime apud Græcos pudori, XXIV, 24. — inhonesta Romæ, VII, 2, 12.—scenici ludi quando Romæ primum et quare instituti, VII, 2. — Romani magnifice facti ab ædilibus curulibus, XXXI, 4. Cf. Ludi.

Scerdilædus, Illyriorum rex, XXII, 33, 3; XXVI, 24; XXVII, 30; XXVIII, 5; XXIX, 12. — pater Pleurati, XXXI, 28.

Scerdilædus, Gentii Illyriorum regis filius, captivus mittitur Romam, XXII, 33, 3. Conf. et XLIV, 32; XLV, 43.

Schoenus, mercator Perrhæbus, de transitu ad Perrhæbiam consultus ab Æmilio consule, XLIV, 35, 5.

Sciathus, ins. maris Ægæi, vicina Thessaliæ, XXXV, 43; XLIV, 13. — urbs haud ignobilis, XXXI, 28.—diruitur, 28 et 45.

Scipio; vid. Cornelius.

Scipio eburneus dono datus Masinissæ, XXX, 15. — dono missus a senatu, XXXI, 11. — dono datus Eumeni, XLII, 14.

Scissis Hispaniæ Tarrac. opp. expugnatum, XXI, 60.

Scodra, Gentii regia, opp. Illyrici, h. *Scutari* seu *Scadar* et *Iscodar*, XLIII, 20; XLIV, 31; XLV, 26. — ejus situs, XLIV, 31. — ad ejus mœnia Illyrios vincunt Romani, ibid. — deditur, 32.

Scodrus; vid. Scardus.

Scodrenses, XLV, 26.

Scopas, Ætolorum prætor, XXVI, 24. — bellum infert Acarnanum genti, 25.—ab rege Ptolemæo cum magno pondere auri mittitur in Ætoliam, XXXI, 43. — juventutem Ætolorum, mercede conductam, avehit in Ægyptum, ibid.

Scordisci in Mœsia Pannonia et Illyrico, hodie Croatia, XL, 57; XLI, 19. — Scordiscorum origo, sedes et mores, LXIII, 1. — caussa belli cum Scordiscis, 2. — adversus eos C. Porcius Cato cos. proficiscitur, 3. — cædunt exercitum Rom. ibid. — vastant provincias Romanas, 4.—contra eos prospere pugnat M. Drusus, consul, 29. — Scordisci funduntur ab M. Minucio, LXV, 18.—infestant Macedoniam, CXXXVI, 51.

Scordus; vid. Scardus.

Scorpione ictus, qui proximus Hannibalem ad Locros steterat, XXIX, 7. — Scorpiones majores et minores, XXIV, 34; XXVI, 47, 49.— Scorpionum in Carthagine Nova expugnata repertorum numerus, XXVI, 47. — Scorpionibus et ballistis instructæ naves Tarentinorum, XII, 20.

Scortorum raptus bellum excitans, II, 18. — Scorti amor redimitur homicidio, XXXIX, 42. — Scortorum duo millia a Scipione e castris ad Numantiam expulsa, LVII, 3.

Scotussa seu Scotusa Thessaliæ, Pelasgiotidis, oppid. XXVIII, 5, 7; XXXIII, 6. — capitur ab Antiocho, XXXVI, 9.—recipitur a Romanis, 14.

Scotussæus ager, XXXIII, 6.

Scriba, pari fere ornatu cum rege Porsena, pro eo obtruncatur, II, 12. — Scriba pontificis ob stuprum cum Vestali virgine ad mortem virgis cæditur, XXII, 57. — Scribæ publici, IX, 46, 6. — quæstoribus urb. lecti, XL, 29. — ædilitii, pecuniam ex ærario clam egessisse comperti, damnantur, XXX, 39.

Scriboniam ducit Cæsar Octavianus, CXXVII, 3. — eamque, ea-

dem, qua filiam peperit die repudiat, 35.

SCRIBONIUS Bospori regni se defensorem mentitus, regnum occupat, CXXXVI, 60.

C. SCRIBONIUS, ædilis pl. XXXIII, 42; XXXIV, 53. — prætor, 54. — sortitur jurisdictionem urbanam, 55.—idem forte curio max. XLI, 21.

C. SCRIBONIUS, præfectus socium, XL, 31.

C. SCRIBONIUS Curio, curio maximus, XLI, 21.

C. SCRIBONIUS Curio, cos. XCI, 22. — ejus cum Sicinio tribuno plebis certamina, 29-32. — proconsul Macedoniæ, in Dardania asperum bellum felici eventu gerit, XCII, 16. — finemque bello imponit, XCV, 1. — triumphat, XCVII, 34. — pro Cicerone deprecator ab equitibus Romanis adhibitus, a Clodio verberibus et contumeliis afficitur, CIII, 115.

C. SCRIBONIUS Curio trib. pleb. designatur, CVIII, 32. — Cæsari adversatur, CIX, 1. — magna pecunia placatur, 2. — ejus artes, 4. — palam pro Cæsare loquitur, 7-13. — ejusdem concertatio cum cos. Marcello, 21.—Pompeio repugnat, 27. — in Africam trajicit, CX, 57. — pugna inter Curionem et Varum, 61. — Curionis audacia et victoria, 62. — a Juba cum toto exercitu deletur, 64.

SCRIBONIUS Curio, proxime præcedentis filius, ab Cæsare Octaviano post Actiacam victoriam occiditur, CXXXIII, 19.

L. SCRIBONIUS, legatus captivorum, qui in potestate Hannibalis erant, XXII, 61.

L. SCRIBONIUS Libo triumvir mensarius factus, quum esset tribunus plebis, XXIII, 21.

L. SCRIBONIUS Libo, prætor, XXIX, 11. — sortitur jurisdictionem peregrinam et Galliam, 13.

L. SCRIBONIUS Libo, ædilis curulis, XXXIV, 54. — hujus et collegæ ludos Romanos senatus primum a populo secretus spectavit, ibid. — creatur prætor, XXXV, 10. — sortitur jurisdictionem peregrinam, 20. — triumvir coloniæ deducendæ, XXIX, 23.

L. SCRIBONIUS Libo, trib. plebis, diem dicit Galbæ, XLIX, 56.

L. SCRIBONIUS Libo, adventante ab Arimino Cæsare, fugit in Campaniam, CIX, 54. — Corn. Dolabellam exutum copiis Dalmatia expellit, CX, 51. — unus e ducibus Pompeianæ classis, CXI, 2. — ab Sex. Pompeio genero mittitur ad Antonium legatus, CXXVII, 1. — ejus soror Scribonia nubit Cæsari Octaviano, 3. — consul, CXXXI, 33.

Scriptores a Livio memorati. Annales Aciliani, XXV, 39; XXXV, 14. — M. Porcius Cato, XXXIV, 5; XLV, 25. — L. Cincius Alimentus, VII, 3; XXI, 38; XXVI, 23, 28; XXVII, 7, 29. — Q. Claudius Quadrigarius, VI, 42; VII, 10; VIII, 19; IX, 5; XXV, 39; XXXIII, 10; XXXV, 14. — Clodius Licinius, XXIX, 22. — Commentarii pontificum, IV, 3; VI, 1. — Fabius Pictor, I, 44; vid. Fabius Pictor.—Funebres laudes, imaginumque tituli, VIII, 40. — Libri lintei, IV, 7, 20. — Libri magistratuum, IV, 7, 20. — Licinius Macer, IV, 7; vid. Licinius Macer. — Piso, I, 55; vid. Piso. — Polybius, XXX, 10; vid. Polybius. — Rutilius, XXXIX, 52. — Silenus, XXVI, 49. — Tubero, IV, 23; X, 9. — Valerius Antias, III, 5; vid. Valerius Antias.

Scriptorem nullum temporum vetustiorum æqualem Livius suo ævo exstare queritur, et publica moni-

menta confusa, VIII, 40; vid. Annales.

SCULTENNA, Galliæ Cisalp. fl. in Padum influens, XLI, 12, 18.

Scurrarum nomina celebrantur annalibus Tarentinorum, principum ignorantur, XII, 8.

Scutum et clipeus quomodo differant, I, 43, 4. — ex lævo humero suspensum sinistra manu tenetur, ut hasta dextra, I, 11, 6. — majus corpori tegumentum, quam clipeus, IX. 19. — ejus forma, IX, 40.—equestre, XLIII, 3.—pedestre, VI, 8; VII, 10. — Scuta pro clipeis quando fecerint Romani, VIII, 8.— Scuta Gallorum, XXII, 46.—longa, parum lata, plana, XXXVIII, 21. — Hispanorum, ejusdem fere formæ ac Gallorum, XXII, 46.—Ligurum, XLIV, 35. — Samnitium, auro et argento cælata, IX, 40. — dominis argentariarum ad forum ornandum divisa, ibid. — Scutis densatis conferti Romani excipiunt tela hostium, XXVIII, 2. — Scutum in vigiliam ferre vetuit Æmilius Paullus consul, XLIV, 33.

Scutati, VIII, 8; XXVIII, 2.

SCYLLÆUM promont. Argolidis et totius Peloponnesi, h. *Capo Schilli*, XXXI, 44; XXXVI, 42.

SCYRUS, insula ex Cycladum numero, h. *Skiro* seu *Sciro*, XXXI, 45; XXXIII, 30.

SCYTHÆ exciti a Phrahate adversus Antiochum, LX, 57.—iis negat, post victoriam, mercedem Phrahates, ibid. — eorum oratio, 58 et seqq. — vastant agros Parthorum, 61. — Phrahatem cædunt, 62. — domantur a Mithridate magno, LXIII, 49.

SCYTHOPOLIS ab Epicrate proditur Judæis, LXIII, 45.

Secessio plebis in montem Sacrum, II, 32, 33.—in Aventinum, III, 50, 51. —atque inde in Sacrum montem, 52. — in Janiculum, XI, 25, 26. — secessio militum, VII, 39 - 42. — secessio apud veteres Romanos ultima rabies habebatur, VII, 40.

Secubitus, sacrorum Bacchi caussa, XXXIX, 10.

Secures prælatæ dictatori, II, 18. — decemviris, III, 36. — consulibus extra Urbem, XXIV, 9.—securi percussi in medio foro trecenti quinquaginta octo delecti nobiles Tarquinienses, VII, 19. — trecenti milites e legione Campana, quæ Rhegium invaserat, XV, 3.

SEDETANIA purgatur latronibus a Pompeio, LIV, 4.

SEDETANI seu Edetani, Hedetani, Sidetani, in Hispania Tarrac. inter Iberum et Sucronem, in hod. Valencia et Aragonia, ubi oppida eorum Cæsaraugusta, Segobriga, Saguntus (h. *Saragossa*, *Segorve*, *Murviedro*) et Edeta, ad Catonem consulem deficiunt, XXXIV, 20.

SEDETANUS ager, XXVIII, 24; XXIX, 1; XXXI, 49. — eum depopulatur Mandonius, XXVIII, 24.

Seditio Romæ, II, 23, 28, 56; III, 66; V, 24, 25; VI, 14 sq. 31; XI, 24; LVIII, 1; LX, 40, 65; LXI, 11; LXIX, 9; LXXVII, 1 et seqq. — militum Romanorum, IV, 50; VII, 39; XXVIII, 24 sq. XXXII, 3; CX, 41; CXIII, 45; CXXV, 15; CXXIX, 32. —Seditio nulla sub Hannibale duce, XXVIII, 13. — seditionis auctores securi percussi, XXVIII, 29. — Seditione mercenariorum anguntur Pœni, XVI, 59, 60.

SEDUNI populi a Galba victi, CIV, 64, 65.

SEGEDA, urbs Hispaniæ opulenta, XLVII, 36.

SEGEDENSES cum Arvaccis conjuncti in fugam vertunt Romanos, XLVII, 37.

Segestani veniunt in fidem Romanorum, lxi, 74.

Segeste, oppidum Carnorum, lxi, 74.

Segestica s. Segeda Celtiberorum in Hispania Tarrac. civitas gravis et opulenta, xxxiv, 17. — eam vineis et pluteis capit Cato consul, ibid.

Segestica, oppidum Pannoniæ, cxxxi, 29.

Segesticani legatos ad Cæsarem Octavianum mittunt, cxxxi, 29.— inter se discordant, 30. — strenue se adversus Cæsarem defendunt, 31.—ei se dedunt, 32.

Segobrigenses affliguntur a Viriatho, lii, 33.

Seguntia s. Segontia et Saguntia, opp. Arvaccorum in Hispania Tarrac. ad fontes Bilbilis fl. h. *Siguenca* ad fontes fl. *Henarez* in confinio Aragoniæ et Castellæ vet. xxxiv, 19.

Sejuges aurati in Capitolio a P. Cornelio positi, xxxviii, 35.

Selepitani in Illyrico, xlv, 26.

Seleucensibus præest Himerus, omnes tyrannos ferocitate supergrediens, lx, 56.

Seleucia Ciliciæ opp. aut aliud, xxxiii, 41.

Seleucus Nicator, xxxiii, 40, 2.

Seleucus Philopator, Antiochi filius, xxxiii, 40, 41; xxxvi, 7. — ei Lysimachia sedes a patre data, xxxiii, 40; xxxv, 15. — in Æolide relinquitur a patre ad maritimas urbes continendas, xxxvii, 8. — recipit Phocæam, 11. — Pergamum oppugnat, 18.—eum ex Pergameno agro discedere cogit Diophanes, prætor Achæorum, 21.

Seleucus, Demetrii filius, quum audita morte patris diadema sumpsisset, a matre Cleopatra sagitta transfixus est, lx, 54.

Seleucus succedit patri Antiocho Grypo in Syriæ regno, lxx, 61. — victus ab Antiocho Pio, sibi manus infert, 62.

Seleucus Cybiosactes, ab Alexandrinis in Ægypti regnum accitus, civ, 74. — jussu Berenices reginæ occiditur, ibid.

Seleucidarum progenies in Syria disparet, lxx, 66.

Selinuntii in Sicilia deficiunt a Carthaginiensibus, xiv, 10.

Selinus, opp. Ciliciæ, xxxiii, 20.

Sella curulis, i, 8; i, 20, 2; ii, 54; vii, 1; x, 7; xxv, 5. — Sella curulis ab Etruscis sumpta, i, 8. —Sella curulis dono missa Masinissæ, xxxi, 11. — Eumeni, xlii, 14. — eburnea dono missa regi Syphaci, xxvii, 4.

Sella Jovis in Capitolio, v, 50.

Sellasia, oppidum Laconicæ, xxxiv, 28.

Sellisternium, v, 13, 5.

A. Sellius tribunus plebis absens creatur, iv, 42.

Sellularii ad bellum exciti, viii, 20.

Selymbria, Thraciæ opp. h. *Selivrea*, xxxiii, 39.

Semigermanæ gentes, xxi, 38.

Semimares in mare deportantur; vid. Androgyni.

Semita saxo quadrato a Capena porta ad Martis strata, x, 23.

Semo Sancus, viii, 20. — bona Vitruvii Vacci Semoni Sanco consecrata, ibid. — in ejus sacello ænei orbes positi, ibid.

Sempronia basilica, xliv, 16.

Sempronia uxor Africani, suspecta in mariti nece, lix, 79. — insititium Gracchum non agnoscit, lxviii, 38.

Sempronia, conjurationis Catilinariæ socia, cii, 36.

Sempronius Blæsus, quæstor,

occisus cum mille hominibus, xxii, 31, 3.

A. Sempronius, consul, ii, 21.— iterum, 34.

A. Sempronius Asellio, prætor, seditionem ob fœnebre malum coercere cupiens, a creditoribus occiditur, lxxiv, 41, 42.

A. Sempronius Atratinus inter primos tribunos militum consulari pot. iv, 7.

A. Sempronius Atratinus, tribunus mil. cons. pot. iv, 35.—iterum, 44.—tertium, 47.

A. Sempronius Atratinus magister equitum dictus, vi, 28.

C. Sempronius Atratinus, consul, iv, 37. — ejus negligentia et temeritas, ibid.—Sempronio diem dicit L. Hortensius, tribunus plebis, 42. — eripitur reus precibus quatuor tribunorum, qui sub illo meruerant, ibid. — rursum accusatur et damnatur, ibid.

C. Sempronius Blæsus diem dicit Cn. Fulvio ob exercitum in Apulia amissum, xxvi, 2.

C. Sempronius Blæsus, ædilis, xxxix, 7. — creatur prætor, 32. — sortitur Siciliam, 38. — legatus, xliii, 4.

C. Sempronius Gracchus, Ti. frater, cum eo creatur triumvir agris dividundis quum ad Numantiam militaret, lviii, 27. — ei frater tribunatum secum dari cupit, 45. — postulat ut corpus fratris sibi sepeliendum reddatur, nec impetrat, 61. — suadet legem de reficiendis tribunis, lix, 37-44. — per agrorum divisionem magnas in urbe turbas ciet, 72, 73. — ejus contentiones super hac re cum Africano, 76. — exclamat *tolli tyrannum oportere*, ibid. — suspectus in Africani nece, 82. — florens ejus adolescentia, lx, 3. — quæstor sortitur Sardiniam, 4, 5. — ejus somnium, 6. — dissuadet legem de peregrinis urbe pellendis, 9. — invidia Gracchi ex negotio Fregellano, 25. — redit in urbem invitis Patribus, 26, 27. — ejus de hac re apud censores defensio, 28. — tribunus plebis creatur, 29, 30. — ejus actiones adversus senatum, 40. — fratris cædem invidiose exagerat, 41. — leges fert in M. Octavium et P. Popilium, 42, 43.—ejus variæ leges, 44, 45. — vias munit, 46. — ejus vigor et humanitas, unde major optimatibus metus, 47, 48. — reficitur trib. 49. — alter tribunatus ejus truculentus, 65. — ejus leges judiciariæ, 66. — insultat senatui, 68, 69. — senatus ei adversarium M. Livium Drusum parat, 70. — lex ejus de provinciis senatus arbitratu constituendis decernendisque, 73. — triumvir coloniæ Carthaginem deducendæ proficiscitur in Africam, 74. — post diem septuagesimum redit Romam, 76. — L. Opimium metuit, 77. — novas leges promulgat, 78. — contendit cum C. Fannio cos. 79. — mox cum collegis suis, 80. — ejus in obtinendo proposito ardor, 81. — multas reip. partes egregie constituit, 82. — ædificat horrea, 83. — consul Opimius curat ne Gracchus tribunus reficiatur, lxi, 11. — ejusque leges subvertere conatur, 12. — Gracchus resistit, 14. — ægerrime fert a sua turba præconem Opimii interfectum, 16, 17.—adversus eum consul ex SC. arma parat, 20, 21. —Gracchus armat familiam, 23.— eum detinere conatur uxor, ibid. et 24. — munit ædem Dianæ, 25. — cum eo pugnatur, 27. — fugit, 28. — jugulum servo præbet, 31. — cranio ejus plumbum infundit Septimuleius, 32. — ejus corpus extra-

ctum aquis, ad matrem deportatur, 33. — ob ejus cædem Opimius accusatur ad populum, 49. — et absolvitur, 71.

C. SEMPRONIUS Longus, decemvir sacrorum, XLI, 21.

C. SEMPRONIUS Rutilus, tribunus plebis, M'. Acilio Glabrioni diem dicit, XXXVII, 57.

C. SEMPRONIUS Tuditanus, quum ædilis plebis esset, prætor creatur, XXXII, 27. — sortitur Hispaniam citeriorem, 28. — proconsul victus prælio ab Hispanis, ex vulnere moritur, XXXIII, 25. — ipse pontifex fuerat, 42.

C. SEMPRONIUS Tuditanus, legatus in decem ad res Græciæ constituendas, LII, 20.

C. SEMPRONIUS C. F. C. N. Tuditanus, consul creatur, LIX, 70. — jussus cognoscere caussas possessorum, difficultate negotii deterretur, 75. — debellat Japodas, 83. — et apud eos statuam, victoriæ monumentum erigit, ibid.

CN. SEMPRONIUS Blæsus, legatus Q. Fulvii, XXVII, 6.

L. SEMPRONIUS Asellio æquitate et abstinentia sua Siciliam recreat, LXX, 8, 13, 14.

L. SEMPRONIUS Atratinus, consul, IV, 7. — primus cum L. Papirio censuram gerit, 8.

L. SEMPRONIUS L. F. L. N. Atratinus, procos. triumphat ex Africa, CXXXVI, 21.

M. SEMPRONIUS Tuditanus, Carthagine Nova capta, coronæ muralis arbiter, XXVI, 48.

M. SEMPRONIUS Tuditanus, tribunus plebis, ex auctoritate Patrum plebem rogat, ut cum sociis ac nomine Latino pecuniæ creditæ jus idem, quod cum civibus Romanis esset, XXXV, 7. — creatur prætor, XXXVII, 47. — sortitur Siciliam provinciam, 50. — consul creatur, XXXIX, 23. — a Pisis in Apuanos Ligures proficiscitur, eorumque agros vastat, 32. — frustra censuram petit, 40. — pontifex cooptatur, 46. — pestilentia moritur sacerdos, XLI, 21.

P. SEMPRONIUS præfectus socium, XXXIV, 47.

P. SEMPRONIUS Atratinus, cos. ab Antonio suffectus, CXXXI, 39.

P. SEMPRONIUS Blæsus tribunus plebis, P. Cornelio Scipioni, triumphum petenti, obsistit, XXXVI, 39. — auctoritate senatus compellitur remittere intercessionem, 40.

P. SEMPRONIUS Gracchus, tribunus plebis, diem dicit M'. Acilio Glabrioni, XXXVII, 57.

P. SEMPRONIUS Longus creatur prætor, XXXIX, 32.— sortitur Hispaniam ulteriorem, 38.

P. SEMPRONIUS Sophus tribunus plebis, IX, 33. — ejus in Ap. Claudium censorem oratio, 34. — prendi Appium jubet, et in vincula duci, ibid.—consul creatur, 45.—triumphat, ib. — pontifex creatur, quum primum plebeii pontifices facti sunt, X, 9. — censor, ibid. — prætor, 21.

P. SEMPRONIUS Sophus, consul, XV, 8. — Picenses domat, et de iis triumphat, 9, 10.

P. SEMPRONIUS Tuditanus, tribunus militum ad Cannas, XXII, 50. — ejus virtus, ibid. et 60. — ex ædilitate curuli prætor creatur, XXIV, 43. — sortitur Ariminum, 44. — ejus res gestæ, 47. — imperium ei prorogatur, XXV, 3. — iterum, XXVI, 1. — censor, XXVII, 11. — lustrum condit, 38. — creatur consul, quum provinciam Græciam haberet, XXIX, 11. — pacem cum Philippo facit, 12. — sortitur Bruttios, 13. — consul, tumultuario

prælio confligit cum Hannibale, 36. — vincitur, ibid. — dein et Hannibalem acie vincit, ibid. — ædem Fortunæ Primigeniæ vovet, ibid. vid. et XXXIV, 53. — legatus ad Ptolemæum, XXXI, 2.

Ti. Sempronius Gracchus, magister equitum, XXII, 57. — castris Romanis præfectus, absente dictatore, Casilinum mittit frumentum et nuces, XXIII, 19. — quum magister equitum et ædilis curulis esset, consul creatur, 24. — senatum habet, consolatur Patres, eosque adhortatur, ne calamitatibus succumbant, 25. — init consulatum, 30. — ei volonum exercitus sorte evenit, 32. — ejus res gestæ, 35, 36, 37. — ei prorogatur imperium, XXIV, 10. — vincit Hannonem Pœnum, 14, 15. — volonibus dat libertatem, 16. — secundum consul absens creatur, 43. — in Lucanis multa prælia parva, haud ullum dignum memoratu, facit, XXV, 1. — aliquot ignobilia oppida Lucanorum capit, ibid. — ei imperium prorogatur, 3. — ex Lucanis cum equitatu ac levi armatura Beneventum venire jubetur, 15. — triste prodigium Graccho sacrificanti factum, 16. — proditione circumvenitur, ibid. — exanimis ad Hannibalem mittitur, ponitur que cum captis simul fascibus ante tribunal imperatoris, ibid. — de ejus obitu varia fama, 17. — item de ejus funere, ibid.

Ti. Sempronius Gracchus, admodum adolescens (quod tunc perrarum in mandandis sacrificiis erat), augur creatur in locum M. Pomponii Mathonis, XXIX, 38. — moritur, XLI, 21.

T. Sempronius Gracchus, præfectus socium, cadit in prælio cum Boiis, XXXIII, 36.

Ti. Sempronius Gracchus, acer juvenis, legatus mittitur ad Philippum, XXXVII, 7. — ab eo comiter accipitur, ibid. — tribunus plebis, auxilio est Scipioni Africano, ne caussam dicat, XXXVIII, 52. — ei gratiæ actæ, quod rem publicam privatis simultatibus potiorem habuisset, 53. — ei nupta minor e duabus Africani filiabus, 57. — ejusdem aliud decretum de L. Scipione, Africani fratre, 60. — ejus oratio ad collegam, triumpho M. Fulvii moram afferentem, XXXIX, 5. — creatur triumvir coloniæ deducendæ, 55. — memoratur ædilis, XL, 44. — prætor citeriorem Hispaniam sortitur, 35. — capit Mundam et Certimam urbes, 47. — vincit Celtiberos et subigit, 48, 49, 50. — triumphat de Celtiberis, XLI, 6, 7. — creatur consul, 8. — multis secundis præliis perdomat Sardos, 17-26. — rerum ab eo in Sardinia gestarum ergo tabula in æde Matris Matutæ posita, 28. — creatur censor, XLIII, 14. — ejus censuræ acta, 14, 15. — contentiones cum tribuno plebis P. Rutilio, 16. — ejus bona consecrantur a tribuno, ibid. — ei et collegæ dies dicitur ad populum, ibid. — collegam servat, jurando se ei comitem exsilii futurum, ibid. — basilicam faciendam curat, quæ Sempronia dicta est, XLIV, 16. — libertinos in unam tribum Esquilinam conjicit, XLV, 15. — legatus in Asiam, XLVI, 13. — quomodo exceptus ab Eumene et Antiocho, 14. — cos. iterum, 18. — subacta Cammanorum gente, ad triumphum Romam regreditur, 27. — comitia consularia habet, ibid. — ex Sardinia scribit ad augures, vitium aliquod intervenisse auspiciis horum comitiorum, unde consules abdicare jubentur, 28.

Ti. Sempronius Gracchus ante cæteros murum Carthaginis conscendit, LI, 49. — quæstor sub Mancino consule, fœdus cum Numantinis pangit, LV, 15. — Numantinorum in eum comitas, 16. — reversus Romam, pugnat pro fœdere tuendo, 17, et LVI, 3. — fit trib. pleb. LVII, 19. — meditatur agrariam legem adversus voluntatem senatus, LVIII, 2 et sqq.—intercedit collega M. Octavius, 16.—conviciis exagitatur Gracchus in curia, 21. — sibi aut Octavio magistratum abrogandum esse declarat, 22. — Octavium tribunatu per populum privat, 23-25. — lex Agraria perfertur, 27. — creatur cum socero Ap. Claudio, et C. fratre, triumvir agris dividundis, ibid. — Gracchum senatus et equites oderunt, 28. — commendat suos populo, 30. — aliam legem agrariam promulgat, 31. — et de Attali regis pecunia, 32. — ei minatur Q. Pompeius, 33.—et Q. Metellus eum objurgat, 34. — Gracchi cum T. Annio contentio, 35. — ad interrogationem Annii obmutescit, 36. — Gracchi de jure tribunatus oratio, 37. — omnia miscet, 44. — tribunatum sibi et fratri ambit, 45. — domi suæ custoditur a plebe, 46. — turbatur prodigiis, 47. — in Capitolium pergit, 48. — eum opprimit Scipio Nasica, 58. — Gracchi cædes et elogium, 59, 60. — corpus ejus fratri negatur ad sepulturam, 61.—in ejus socios crudeliter animadvertitur, LIX, 8. — ejus filium falso se ferens Equitius quidam, vid. Equitius.

Ti. Sempronius Longus, consul, XXI, 6. — in Siciliam mittitur, 17. — capit Melitam, 51. — revocatur in Italiam, ibid. — venit ad collegam, ibid. — pugnæ adversus Hannibalem cupidus, 53. — educit copias, 54. — vincitur, 55, 56. — alia pugna inter Sempronium et Hannibalem, 59. — prospere pugnat cum Hannone Pœno, XXIII, 37.

Ti. Sempronius Longus, tribun. plebis, XXXI, 20. — ædilis curulis, XXXII, 27. — triumvir coloniis deducendis, 29. — prætor, XXXIII, 24. — sortitur Sardiniam provinciam, 26. — ei prorogatur imperium, 43. — creatur consul, XXXIV, 42. — triumvir coloniæ deducendæ, 45. — proficiscitur in Boios, et adversus eos pugnat, 46, 47. — legatus consularis, XXXV, 5. — frustra censuram petit, 39, 40.

Ti. Sempronius C. F. Longus decemvir sacris faciundis moritur, XXVII, 6.

Ti. Sempronius Ti. F. Longus filius illius, augur factus et decemvir, XXVII, 6. — pestilentia moritur, XLI, 21.

Ti. Sempronius Longus præest parti castrorum in oppugnatione Heracleæ, XXXVI, 22.

Ti. Sempronius Musca, XLV, 13.

Ti. Sempronius Rutilus, vitricus P. Æbutii, XXXIX, 9. — cupit pupillum initiari Bacchis, ibid.

Semunciarium fenus factum ex unciario, VII, 27.

Sena sc. Gallica s. Senogallia, Umbriæ opp. (hod. *Sinigaglia*), ad Metaurum fl. XXVII, 46. — in eam colonia deducta, XI, 11. Conf. et XII, 4.

Senæ, *eadem urbs quæ Sena modo memorata*, a Pompeio diripiuntur, LXXXVII, 6.

Senensis populus vacationem (scilicet a militia) obtinere non potest, XXVII, 38.

Senaculum in Capitolio, XLI, 27.

Senator pacem suadens in curia occiditur, XIX, 16.

Senatores centum, a Romulo creati, I, 8. — plebeii, V, 12. — decem principes in coloniis et municipiis, XXIX, 15, 4. — octoginta occiduntur in prælio ad Cannas, XXII, 49. — olim in promiscuo spectarunt ludos; postea a populo secreti, XXXIV, 44, 54. — pecuniam sponte conferunt ad supplementum remigum, XXVI, 36. — naves majores, quam CCC amphorarum, habere vetiti, XXI, 63. — quinque uno tempore et longe abesse ab urbe Roma vetiti, XXXVI, 3. — pigneribus capiendis aut mulcta dicenda, ut frequentes adessent, cogi poterant, III, 38, 12. — sententiam dicebant stantes, IX, 8, 2. — et ordine vel suo quisque loco rogati, XXVIII, 45, 3. — edicto prætoris ex tota Italia Romam vocantur, XLIII, 11. — quatuor et sexaginta senatu moti, XCVIII, 28. — Senatores, quibusque in senatu sententiam dicere licet, XXII, 49, 13; XXIII, 32; XXXVI, 3. — quæstus iis indecorus visus, XXI, 63. — lecti potissimum magistratus, XXII, 49, 12; XXIII, 23. — pedarii, I, 32, 13; XXII, 49, 13.—singuli interrogant legatos, XXX, 22.

Senatorius census, CXXXVI, 44.

Senatus nisi auctor fieret, ratum esse non poterat id, quod populus jusserat, I, 17. — postea in incertum comitiorum eventum auctor fieri cœpit, ibid. et XI, 27. — ejus quænam partes fuerint in regibus creandis, I, 17, 18; XXII, 32, 41. — Senatus a regibus de omnibus negotiis consultus, I, 49. — juratus nonnumquam censebat, XXVI, 33; XXX, 40; XLII, 21.—infrequens non facere potest SCtum, II, 23, 9. — lectus a censoribus, XXIII, 22; XL, 53; XLIII, 15. — de bello indicendo consultus, I, 33. — decernit, ut ad po[
bello indicendo, IV
21. — provincia[
cernit, X, 24; XXV
— de provinciis
constituendis dec
C. Gracchi, LX, 7
bem in æde Apoll
datur et legatis imp
phum petentibus,
vocatur a consulib
tibus a prætore u
XXVI, 21, 1; XXXVII
auctoritas quomo
imminuta, I, 17, 6
differat a SCto, I,
de pace facienda c
XXX, 42, 43; XXX
55; XXXVIII, 10. –
phum, III, 26; XX
X, 36, 37; XXVI,
ritate senatus tri
63; X, 37. — quæ
ad populum rejicit
XXVII, 8. — legati
gumque dat respo
20; XIII, 31; XIX,
mittit legatos, II
XLII, 19, *et alibi*
exerceri judicia le
1. — vetat consule
imperio agere, XCV
prætorem et Met
ab administratione
CIII, 19. — Senatu
quam regum conse
34. — Senatus pri
(v. Princeps). — I
1. — Senatus hab
III, 21; VIII, 5; X
XXVIII, 38; XXXII
æde Æsculapii C
XLI, 22. — Romæ
XXX, 21; XXXI, 47
æde Apollinis, XXX
XLII, 21. — in Oct
CXL, 25. — in se

plures pluresque sententiam dicebant quam senatores, XXII, 49, 13. —senatu moveri quis poterat a censore, sed non adversante altero censore, IV, 24; V, 40, 51, 2. — Senatus auctoritas, i. e. judicium Senatus, cui legitima Senatusconsulti forma accedere non potuit, IV, 57; CVIII, 36.

Senatusconsultum factum, ut omnes Volsci Urbem excederent, II, 37. — ut pontifex maximus tribunos plebis crearet, III, 54. — ut decemviri magistratu se abdicarent, III, 54. — ut consularia comitia haberentur, IV, 25, 36. — ut duo ex tribunis consularibus ad bellum proficiscerentur, unus res Romæ curaret, 45. — de cæde Postumii, 51. — de creandis tribunis militum, 55. — ut tribuni militares peditibus equitibusque gratias agerent, V, 7. — ut tribuni militum se abdicarent magistratu, 17. — ut agri Veientani septena jugera dividerentur plebi, 30. — ut consules se abdicarent magistratu, 31. — de rebus ad religionem spectantibus, 50.—ut redirent, qui Veios iverant, VI, 4. — ut educeretur e carcere M. Manlius, 18. — ne quis patricius in Capitolio habitaret, 20. — de induciis in centum annos Cæritibus concedendis, VII, 20. — de Latinis, VIII, 14. — de dicendo dictatore, 15, 16. — de colonia Cales deducenda, 16. — de deducendis Interamnam et Casinum coloniis, IX, 28. — ut magistratus facerent, quod e republica fideque sua esse ducerent, XXII, 39, 1. — ut privati nautas darent, XXIV, 11.—de coercendis superstitionibus et externis religionibus, Romæ exortis, XXV, 1. — de ludis Apollini, reque divina faciunda, 12. — de Marcello et Siculis, XXVI, 32 — de Campanis, 34. — de provinciarum sortitione, XXVIII, 45. — ut, quos ludos inter seditionem militarem vovisset Scipio, ex ea pecunia, quam ipse in ærarium intulisset, faceret, 38. — de coloniis, quæ milites dare abnuerant, XXIX, 15. — de bello adversus Nabin Lacedæmonium, XXXIV, 22. — de coloniis deducendis, 53. — de rebus Asiæ, XXXVII, 56. — in gratiam Ambraciensium, XXXVIII, 44. — de Bacchanalibus, XXXIX, 18, 19. — de exercitibus, 38. — quo sublata comitia prætoris creandi, 39. — in honorem Demetrii, 47. — de ludis, XL, 44. — de Latinis, XLI, 8, 9. — de agris Ligustinis et Gallicis viritim dividendis, XLII, 4.—in gratiam Statiellatium, 22.—de bello in Persea, 30. — quo Cares Lyciique jubentur esse liberi, XLIV, 15. — de Macedonibus et Illyriis, XLV, 18.—SC. de destruendo theatro, XLVIII, 27. — de non immolando homine, LXX, 15.—de non exercendis judiciis tempore tumultus Italici, LXXIII, 1.— de recipiendis in civitatem sociis, LXXIV, 7. — de provinciis, CVIII, 34-36. — de minoribus magistratibus, CXXXVI, 68. — Senatusconsulti forma ultimæ necessitatis, videre, ne quid respublica detrimenti capiat, III, 4; CII, 78. — SCtum relatum in tabulas, IV, 11. — non fit ob infrequentiam senatus, II, 23, 9. — fit, ubi major pars in eamdem sententiam ivit, I, 32; XXVI, 33.— quomodo differat ab auctoritate senatus, I, 17, 6. — SCta in ædem Cereris ad ædiles plebis delata, III, 55. — ad ærarium, XXXIX, 4.

Senes Romani, Urbe capta, exspectant domi mortem, V, 41.—trucidantur a Gallis, ibid.

Seniores coacti nomina dare, ut agant Urbis custodiam, V, 10; VI,

2, 6. — Seniorum cohortes factæ, x, 21. — triginta principes, apud Carthaginienses sanctius consilium, xxx, 16.

Senones tum in Gallia Lugdun. ad confluens Sequanæ et Icaunæ, (ubi oppida Agedicum s. Agendicum et Antissiodorum, h. *Sens* et *Auxerre*) tum in Umbria inter Æsin et Utentem fl., Clusium et Romam veniunt, v, 34, 35; vid. Galli. — Legionem Romanam circumveniunt et delent, x, 26. — obsident Arretium, xi, 29.—cum iis sociant arma Tusci, xii, 1. — violant legatos Romanorum, ibid. — profligantur a Dolabella, eorumque ager vastatur, 2.—vincunt L. Cæcilium prætorem Rom. ibid.—pergunt Romam, 3.—Senonum natio internecione deleta, 4. — Senones ejiciunt Cavarinum regem sibi a Cæsare impositum, cvii, 1.

Sententiam senatores dicebant stantes, ix, 8, 2. — et ordine vel suo quisque loco rogati, xxviii, 45, 3.

Sentinum, opp. Umbriæ, hodie *Sentina*; unde Sentinas ager, x, 27, 30.

C. Sentius prætor superat Thraces, lxxvi, 53; vid. et lxx, 17.

Sentius Saturninus Vetulio, proscriptus a triumviris, stratagemate elabitur, cxx, 95.

C. Sentius C. F. Saturninus consulatum egregie gerit, cxxxvi, 29. — præest ludis sæcularibus ingenti apparatu factis, 46.

Sepinum; vid. Sæpinum.

Seppius Lesius, summum Capuæ magistratum ultimus omnium Campanorum capit, xxvi, 6, 13.

Septa Julia, cxxxv, 4.

Septembribus Idibus prætor maximus clavum pangere vetusta lege jussus, vii, 3.

Septemdecim annos nati, qui non militarant, ærarii facti, xxvii, 11.

Septemtrio in aquilonem versus, xxxvii, 12.

Septemvirorum collegium auctum, cxvi, 13; vid. Epulones.

L. Septimius occidit Pompeium, cxii, 15, 16.

L. Septimuleius Anagninus cranio occisi C. Gracchi plumbum infundit, lxi, 32.

Septum in campo Martio, ubi suffragia ferebantur, x, 13, 9.

Sepulcrum dirutum in ora Africæ pro malo omine vitatur ab Hannibale, xxx, 25. — sepulcra diruta Athenis a Philippo, xxxi, 24. — super ea re Atheniensium querelæ, 30.—in Græcia erant extra urbium mœnia, xxxi, 24, 10.

Sepultura prohiberi et carere, i, 49; xxiv, 21; xxix, 9; xxxvi, 8. Conf. Epit. 58 et 59.

Serapidis fanum Romæ dirutum, cvi, 23.

Serapio e templo Herculis apud Tyrios extractus, jussu Antonii Cleopatræ traditur, cxxvi, 11.

Serdi populi domantur a Licinio Crasso, cxxxv, 1.

Sergia venefica, suo ipsa epoto medicamento, interit, viii, 18.

C. Sergius, tribunus militum consulari potestate, vi, 5.—iterum, 11.—tertium, 27.

Cn. Sergius Plancus, prætor, xxxi, 4. — sortitur jurisdictionem urbanam, 6. — ei prorogatum imperium, xxxii, 1.

L. Sergius, legatus, auream crateram donum Apollini Delphos fert, v, 28.—a Liparensium piratis exceptus et dimissus, ibid.

L. Sergius Catilina fratrem suum prius jugulatum proscribendum curat, lxxxviii, 28. — M. Marium excarnificat, 29.—alia ejus atrocia

facinora, 30. — absolvitur incesti, XCVI, 36. — prior ejus conjuratio, CI, 20-24. — accusatus lege de sicariis absolvitur, CII, 19. — petit consulatum cum Cicerone, 32. — nova ejus conjuratio, 35. — erumpit, 73. — accusatur de vi, 80. — a Cicerone excedere Urbe jussus, 81. —egreditur, 82.—epistola Catilinæ ad Catulum, 85. — cum lictoribus fascibusque ad exercitum pergit, 86. — eorum qui conjuraverant cum eo supplicium, 104.—Catilina fugam in Galliam molitur, CIII, 4. —impeditur ab Antonio, 5. — pugnat victusque occiditur, 7. — eo occiso reliquiæ conjurationis opprimuntur, 9.

L. Sergius Fidenas, consul, IV, 17.—tribunus mil. cons. pot. 25.— iterum consul, 30. — iterum tribunus militum cons. pot. 35. — tertium, 45.

L. Sergius Fidenas, tribunus militum, V, 16.

L. Sergius, legatus, XXX, 25.

M. Sergius decemvir creatur, III, 35.

M'. Sergius Fidenas, tribunus militum cons. pot. IV, 61.—iterum, V, 8.—ejus castra adoriuntur Falisci, ibid. — mavult vinci ab hoste, quam per civem sibi privatim invisum infestumque vincere, ib. — accusatur a tribunis plebis, 11. — et denis millibus æris gravis condemnatur, 12.

M. Sergius, tribunus militum, XXIX, 6. — jussu Pleminii post gravissima tormenta necatur, et insepultus projicitur, 9.

M. Sergius Silus, prætor, XXXII, 27. — sortitur jurisdictionem urbanam, XXXII, 28, 31, vid. et XXXIII, 21, 24.

M. Sergius Silus, legatus Æmilii consulis, XLIV, 40.

Serpens pro Æsculapio, XI, 13 — pergit ad portum ubi Romana triremis stabat, ibid. — portentosæ magnitudinis ad Bagradam et cum eo pugna, XVIII, 15, 16.—ejus corium in templo suspensum, ibid.

Serrheum, s. Serreum et Serrium, prom. Thraciæ, et in eo castellum, XXXI, 16.

Q. Sertorius, sub Cæpione stipendia faciens, virtutis suæ specimen edit, LXVII, 6. — ei a Mario honor habetur, LXVIII, 78. — tribunus militum, sub Didio imperatore strenue se gerit, LXX, 17. — Castulonem recuperat, 20. — Gyrisenorum oppidum stratagemate capit, 21. — quæstor Galliæ Cispadanæ, egregiam operam præstat in bello sociali, altero etiam oculorum effosso, LXXII, 27.—infensus Sullæ transit ad Cinnam, LXXIX, 4.—ante portam Collinam pugnat cum Pompeio, 26. — suadet Cinnæ ne Marium recipiat, 31 et seqq. — oppugnat Urbem, 46.—pertæsus crudelitatis Marii servos cædis ministros delet, LXXX, 45. — occupat Suessam, LXXXV, 9. — a Sulla proscribitur, LXXXVIII, 21.—belli Sertoriani origines, XC, 21.—Sertorius ab Annio pulsus fugam ad insulas Fortunatas agitat, 22, 23. — a suis desertus in Africam transit, 26. — vocatur a Lusitanis, 27. — Furfidium vincit, 28. — constituit sibi senatum, 30.—provocat Metellum ad singulare certamen, XCI, 2. — eumque Laccobrigas obsidentem cum damno submovet, 3, 4. — secum multa millia devotorum habet, 6.—ad eum accedit Perperna, 7.—ejus, ut obsequentioribus militibus utatur, inventum, 8.—oratio, 9. — Characitanos stratagemate expugnat, 13, 14. — artibus suis superat Pompeium, 15-17.— Lau-

ronem delet, 20. — cum Pompeio dubio Marte dimicat, XCII, 1. — secum habet cervam candidam, 5, 6. — astus ejus circa eam, 7. — deque ea re concio, 8. — suos educit in hostem, 10. — includit se Cluniæ, 12. — in Sertorii caput pecunia pronuntiata, 15. — ejus prior mansuetudo mutatur ad crudelitatem, 17. — ejus magnæ virtutes, 19. —Pompeium a Pallantia submovet, 20.—cum eo fœdus facit Mithridates, XCIII, 6-14.—Metellum et Pompeium macerat, 29. — Sertorius in luxum declinat, XCIV, 21. — eum clam suis odiosum reddit Perperna, 22. — hinc Sertorio multa incommoda, 24. — dolo fit invisus suis, XCVI, 6.—a Perperna ad convivium invitatus interficitur, 9, 10.

Servilii ex Albanis principibus in collegium Patrum lecti, I, 30.

A. Servilius Priscus; vid. Q. Servilius Priscus.

C. Servilius consul, II, 49.

C. Servilius, tribunus mil. cons. pot. contendens cum collegis, patri paret, IV, 45.

C. Servilius, triumvir coloniæ Placentiam deducendæ, XXI, 25. — a Gallis comprehenditur, ibid. — a filio consule sextum decimum post annum liberatus, Romam revertitur, XXX, 19.

C. Servilius (Geminus) legatus, frumento in Etruria coempto instruit arcem Tarentinam, XXV, 15. —pontifex, XXVII, 6. — ædilis plebis, 21.—magister equitum et ædilis curulis, 33, 36.—prætor creatus, sortitur Siciliam, XXVIII, 10, 46. — consul, XXIX, 38; XXX, 1.—patrem ex servitute liberatum, Romam reducit, 19. — dictator, 39. — decemvir agris dividundis, XXXI, 4. —pontifex maximus, XXXIX, 46.— piacula iræ Deum conquirit, XL, 37.—moritur, 42.—*Ad eumdem referri possunt, quæ de C. Servilio habet Livius,* XXXIII, 47; XXXIV, 53.

C. Servilius Ahala, mag. equitum, obtruncat Mælium, IV, 13, 14. — ejus factum defendit dictator Cincinnatus, 15. — cos. 30.

C. Servilius Ahala, tribunus mil. cons. pot. IV, 56. — magister equitum, 57. — iterum tribunus mil. cons. pot. 57.—tertium, V, 8. — senatui obtemperans, cogit collegas ante diem abdicare se magistratu, 9.

C. Servilius Ahala, magister equitum, VI, 2.

C. Servilius Casca, tribunus pl. XXV, 3.

C. Servilius Casca in societatem consilii ad Cæsarem interficiendum initi cum fratre Publio adsciscitur, CXVI, 41. — alter ex iis primum Cæsari vulnus infligit, 57.

C. Servilius Glaucia, trib. pl. legem fert de pecuniis repetundis, LXVII, 27.—ejus in prætura improbitas, LXIX, 17. — ei sellam conscindit trib. pl. Saturninus, 21. — Glaucia petens consulatum contra leges, C. Memmium competitorem in foro occidit, 24.—cum Saturnino interficitur a Mario, 27, 28.

C. Servilius Tucca: ejus consulatus memoratur, XI, 30.

Cn. Servilius Cæpio, pontifex, XXV, 2. — ædilis curulis, XXVIII, 10. — creatus prætor, sortitur jurisdictionem urbanam, 38, 40. — consul, XXIX, 38. — sortitur Etruriam, XXX, 1. — inde Romam redit cum patre C. Servilio et C. Lutatio patruo, ex servitute receptis, 19. — Hannibalem persequens, in Siciliam transit, 24. — revocatur a dictatore ad id ipsum creato, ibid. — legatus in Græciam mittitur, XXXV, 23.

Cn. Servilius Cæpio, pontifex, pestilentia moritur, xli, 21.

Cn. Servilius Cæpio, ædilis curulis, xl, 59.—prætor sortitur Hispaniam ulteriorem, xli, 21, — legatus ad res repetendas in Macedoniam missus, redit, xlii, 25. — creatur consul, xliii, 11; xliv, 21.

Cn. Servilius Cæpio, consul, liii, 35.—opprimit serviles motus per Italiam, lviii, 62. — censor aquam Tepulam in Urbem adducendam curat, lx, 22.

Cn. Servilius Geminus, consul, xxi, 57; xxii, 1, 8, 9. — sine lictoribus ad dictatorem venit, xxii, 11. — litora Italiæ tuetur classe, ibid. — Sardiniæ et Corsicæ oram circumvectus, Meningem insulam vastat, 31. — Fabii artibus bellum gerit, 32. — in consilio assentitur Paullo adversus Varronem, 43. — occiditur ad Cannas, 49.

L. Servilius Structus, tribunus mil. cons. pot. iv, 47.

M. Servilius Geminus, augur, xxvi, 23. — ædilis curulis, xxix, 38. — magister equitum, xxx, 24. — consul, 26, 27. — ei prorogatum imperium, 41.—decemvir agris dividundis, xxxi, 4. — triumvir coloniis deducendis, xxxii, 29; xxxiv, 45. — pro triumpho Paulli Æmilii orationem ad populum habet, xlv, 36. — ter et vicies cum hoste pugnavit, et spolia retulit, xlv, 39. — cicatrices ostentat, ib.

M. Servilius, trib. mil. xl, 27.

M. Servilius, pontifex, xliii, 11.

M. Servilius, trib. pleb. proponit edictum Bruti, cxvii, 59.

P. Servilius, consul, ii, 21. — ejus populare edictum, 24. — nec plebi, nec Patribus gratus, abit magistratu, 27.

P. Servilius, consul, iii, 6. — moritur, 7.

P. Servilius C. F. Cn. Geminus, consul, xviii, 44. — Himeram capit, ib.—iterum cos. xix, 31.

P. Servilius, decemvir agris dividundis, xxxi, 4.

P. Servilius C. F. M. N. Vatia, qui postmodum Isauricus cognominatus est, cos. lxxxix, 35.—procos. piratas reprimit, xc, 34. — Phaselin, Olympum, Corycum, evertit, 35. — Isauros domat, xciii, 1. — Ciliciæ vectigal imponit, 2.—triumphat, 3; vid. et xcvii, 34. — moritur, quum ad nonaginta annos et corporis et animi vim pertulisset, cxvii, 61.—ejus auctoritas, 62.

P. Servilius Vatia Isauricus, prætor, cvi, 11. — Cæsar dictator eum designat consulem secum, cx, 49. — ejus cum M. Cœlio prætore contentiones, cxi, 19, 20. — fit iterum cos. cxxv, 5.

